Ago is. grecum eſt αγω. μ. αξω. egi actum multa ſignificat. Nā agere eſt operari. Plau. in amph. Dū hęc aguntur. Uirg. lib. iij. Alpheū fama eſt huc elidis amnē occultas egiſſe vias: proprie tm̃ ad animū refertur. Uñ de rep. dicimꝰ agere: qꝛ vt inquit Uar. in huiuſmodi re ē cura animi. Qñdoqꝫ agere ē inducere ſeu impellere. Lact. libro. vj. Tres ſunt affectꝰ qui hoies in om̃ia facinora precipites agāt/ira/cupiditas/libido. Qñqꝫ audire. Teren. in An. Hoccine agis an non? i. audis vt exponit Do. Sic Plautꝰ. Uos agite ſpectatores. Qñqꝫ ducere viuere. Terē. in An. Primū hęc pudice vitā parce ac duriter agebat: lana tela victum queritās. Qñqꝫ dicere. Idē in Adel. Sed ē ne hic ipſus de quo agebā: Qñqꝫ pnūciare. Cice. de opti. gene. dicēdi. Diſerti deformitate agendi multi infantes putati ſunt: vt iam nō ſine cauſa Demoſthenes tribuerit pmas et ſcdas ꝛ tertias partes actiōi. Qñqꝫ cogitare. Uirgl. Id qdē ago ꝛ tacitꝰ lycida mecū ipſe voluto. Qñqꝫ effingere: vt Ago ſtultū. i. fingo ſiue repſento me ſtultū. Uñ actores comediarū dicunt̃ q̄ diuerſoꝝ hoim geſtus agūt in ſcena. Qñqꝫ ire: vt nudus ago. Pōpo. mella. Exercēt bellādo animos: corpora ad ꝯſuetudinē laborū maxime ad frigora nudi agunt anteqꝫ puberes ſint. Idē paulo poſt. Lino alij veſtiunt̃ aut lanis quas vt diximꝰ ſyluę ferūt harūdinū. Alij auiū ferarūqꝫ pellibus pars nudi agunt: pars tm̃ obſcęna velāt. Ual. Max. ſic locutꝰ eſt ſed nō in eo ſenſu Experiri volui an ſcires conſul agere. i. fungi conſulis officio. Idē Pub. Rutil. nō publicanꝰ in Sicilia egit ſed opas publicanis dedit. Cū actō vero frequentius. Unde dicimꝰ Agit publicanū. Agit ſenatorē. Agit amicū pro eo qd̄ ē facit officiū publicani ſenatoris et amici. Hora. Letum agit cōuiuā. Et ſubauditur ſe. Quod Uirg. poſuit. Ecce gubernator ſeſe palinurꝰ agebat. Eſt qñ agere ſignificat extendere porrigere: vt vera gloria radices agit atqꝫ etiā porrigitur. Item ſurſum ducere ab imo pectore. Uñ et ꝓ mori vſurpatū ē addēdo aiam. Seneca epiſt. xxvj. Quid egerꝭ tūc apparebit cū aiam ages. Item agitare. Plaut. Edepol eā agā verberibꝰ. Uirg. Prodigijs actis cęleſtibus oſſa piabunt. Itē tractare. Mar. Sempꝫ agis cauſas. Aliqñ cōſtruitur cū prępoſitiōe. Ci. in Lel. Cū em̃ ſepe mecū ageres vt de amicitia aliquid ſcriberē. Et nō agit̃ de pecunia ſed de capite. Agis mecū tabellis obſignatis: dicit̃ qñ quiſpiā diuerſa dicit ab ijs q̄ alias approbauit. Tūc em̃ ſolemus tabulas illius manu ſcriptas obſignataſqꝫ proferre ad coarguendū quibus cōtinet̃ quid alio tpe ſenſerit. Quod eſt cōuincis me teſtimonio litterarū mearū. Itē ſuccedere ſiue in bona conditioue eſſe: aut mala. Ual. Max. Bene egiſſent athenienſes cū Melciade: ſi eū poſt treceēta milia perſarū Maratone deuicta in exiliū protinus miſiſſent. Frequētius per imperſonale vtimur hoc modo Bene meliꝰ optime tecū agitur. Male mecū actū eſt: ꝛ peius peſſimeqꝫ cū illo. Cice. Cum illo vero quis neſcit actū eſſe pclare: mecū incōmodiꝰ. Sꝫ cū dicimꝰ actū eſt. Res acta ē: ſemꝑ in malā partē ſumit̃: vt actū ē de republica. i. extincta eſt res mea tua illius acta eſt: id eſt aſſumpta ſiue deperdita ſiue elapſa eſt. Terent. in Heau. Unā ei cęnam atqꝫ eius comitibus dedi. Qꝫ ſi iterum mihi ſit danda actū ſiet. Idem Acta hęc res eſt perij. Actū agere ꝓuerbium eſt qd̄ in ſumma rerū deſperatione ponitur. i. nihil agere. Idem in phor. Actum aiūt ne agas. Qd̄ em̃ iure ſemel iudicatum fuerit reſcindi ꝛ iterū agi nō poteſt. Ponitur interdum agere ꝓ vertere. Uirg. Ipſe ter adducta circum caput egit habena: pro vrgere perſequi. Idem. Paſtor agens telis. Pro Jurgari. Cice. Perinde ac ſi furti cum eo egiſſet. Pro Regere. Uirg. Tros tyriuſqꝫ mihi nullo diſcrimie aget̃. Pro antepellere: vt Et potū paſtas age tytire. Pro vehere producere. Uarro. Nō hos pactolus aureas vndas agens eriperet vnqꝫ emiſerijs. Pro foras pellere fugare vt Mēbris agit atra venena. Pro rependere: ꝛ hoc dūtaxat verbis oſtendere id habuiſſe gratū. Nā gratias habere eſt in animo cū memorem accępti beneficij mentē animumqꝫ habeo et inuicē gratificādi voluntatem. Referre eſt verbis: ſed reddere gratias eſt facto: vt ſi a me ſubleuatus aliquo beneficio viciſſimqꝫ aliquo modo me

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſubleuaueris:gratias rettuliſti reddidiſtiq;. Et licet Seneca nolit malas gratias referri poſſe: ſed reddi: Cice. tamē in Sal. ait. Naʒ ꝙ iſta inuſitata rabie in vxorē et filiam meam inuaſiſti: que ſe facilius mulieres abſtinuerunt a viris:ꝙ tu vir a viris:ſatis docte ac perite feciſti. Nō enī ſperaſti me mutuā tibi gratiam relaturum vt viciſſim tuos compellerē. Referre tamē hic verbo etiā dicitur nō ſolum facto. Referre igitur gratiam tam in malū q̄ in bonum dicitur cum ſit facto beneficium aut iniuriā acceptam cōpenſare. Rectiuſq; huic verbo gratiā q̄ gratias iūgimus:cū habere aut agere gratias nō gratiā dicamus. Liui. Satiatus tandem complexu filij. Renūciate inquit gratias regi me agere referre gratiā aliam nunc non poſſe: q̄ vt ſuadeam non ante in aciem deſcendat q̄ in caſtra me rediſſe audierit. Cice. Cui pro me ſanatus gratias agendas putauit ego a me gratiam referendam non putem. Reſpondere quoq; officijs eſt ſatiſfacere gratiaſq; referre. Plā. Cic. Immortales tibi ago gratias:agamq; dum viuam. Nā relaturū me affirmare non poſſum. Tantis enim tuis officijs non videor mihi reſpondere poſſe. Preterea agere pertinet ad omnes actus humanos. Nā qui ſedet: qui ſtat:qui cogitat:qui iacet:qui moritˀ:aliquid agere dicitur:ita et nullus qui modo viuat eſſe, vnq̄ poſſit ſine actione. Quippe viuere agere eſt: vnde et vitam agere dicimus. Componitur Ago cum ad: vt Adigo:cū ab: vt abigo: cum am: vt ambigo: cū con vt cogo: Circum: vt circumago:quod eſt circūduco. De vt Dego. Ex vt Exigo. Per vt perago. Pro vt Prodigo. Re vt Redigo. Sub: vt Subigo: a quo fit Proſubigo. Trans: vt Tranſigo. Sūt etiam qui putent caſtigo:mitigo:leuigo:litigo:⁊ nego compoſita eſſe cum ago: vt ſit caſtigo caſte ago: mitigo mitem ago: leuigo leue ago.i.planū: fuſtigo fuſte ago: litigo lite ago. Sed cum ſint prime coniugationis habeantq; quedam i productam non videntur ab Ago compoſita. Ab ago ſunt actor:actio actus. ta. tum:et actus us.

Agere reum eſt accuſare: peragere reū eſt condēnare.

Agere forum eſt iura reddere et cauſas audire.

Agere cum populo:eſt populum rogare: vt ſuffragijs ſuis quid iubebat aut vetet.

Age aduerbiū adhortantis:ſingularem numerum deſiderat. Agite pluralem. Agēdum vtrūq;. Quinti. Agedū ſi videtur extra portas proſpicite. Proper. Nos agedū. Dicimꝰ ⁊ Agitedū ſed in plurali ſemꝑ Liuius lib. vij. Agitedum ite mecum.

Agito as. penul. cor. crebro facio. Sal. Ita varie per omnē exercitū leticia meror luctꝰ atq; gaudia agitabantur. Et agitare ſtimulare compellere:quo pacto agi ſolēt equi cū eos calcaribꝰ vrgemꝰ. Plau. Nam iam agito quadrupedē calcari. Itē obſeruare. Vir. lib. ij. Geor. Ipſe dies agitat feſtos. Itē Perturbare moleſtare. Sal. Rēpu. agitauere honeſtꝫ cū noibꝰ alij ſicuti ppli iura defenderēt. Plau. in Cur. Tum te igitˀ morbꝰ agitat hepatariꝰ. Itē ſectari ſeu ſectādo interdū pulſare. Vir. lib. j. Geor. Sepe oleo tardi coſtas agitator aſelli: vilibꝰ aut onerat pomis. Itē inſectari qđ vernacula lingua dicimꝰ dar la caza. Ci. lib. iij. offi. Sūt ne igitˀ inſidie tendere plagas etiā ſi excitaturꝰ nō ſis nec agitaturꝰ. Ipſe enī fere nullo inſequēte ſepe incidūt. Itē exercitare. Lact. Niſi virtꝰ agitetˀ ꝓficimus parū. Itē ꝯtinuo ducere ſeu facere. Sal. Iā tū vita hoim agitabatˀ ſine cupiditate. Itē cruciare: vt apud eūdē. Agitabatˀ magis:magiſq; in dies ferox animꝰ inopia rei familiarꝫ et ꝯſciētia ſcelerū. Itē ſepe adminiſtrare. Sal. In pace ꝟo beneficijs magis q̄ metu imperiū agitabat. Itē ſepe ꝯſiderare: cogitare: recogitareq;. Idē Sʒ ea que mente agitaui oēs iam antea audiſtis. Terē. in phor. Ego quoq; id quidē agitās mecū ſedulo inueni: vt opinor remediū huic rei. Itē Sollicitare. Saluſt. Minari interdū ferro niſi obnoxia foret. Poſtremo ferocius agitare q̄ ſolebat. Itē ſepe oñdere. Idē. Ciceronem ad celū tollere veluti ſeruitute erepta gaudiū ⁊ leticiam agitabat. Huiꝰ cōpoſitū eſt exagito.

Agea penul. ꝓ. via in naui dicta ꝙ in ea maxime queq; res agi ſoleant. Ennius. Multa foro ponēs ageaq; longa repletur. Fori fororū dicunˀ etiam.

Agyia per y. ſequēte i. latina dicitˀ via. Unde fit Aegyieus. Quo noie dictus ē Appollo: quia in vijs publicis ſolebant ſacrificare Apollini.

Agelas penultima correpta: nomē ſtatuarij generoſi: et polycleti magiſtri.

Ager ab ago is. ꝙ in eo aliquid agaˀ: vl' vt Do. inquit: ꝙ in eo multa ſunt agenda. Quinti. autē lib. j. ſcribit grecū eſſe. Nā αγροσ latine rus dici pōt. Significatq; ager qñq; circūiectū territoriū alicuius vrbis ſeu ꝓuincie. Saluſt. Reliquos Catilina ꝑ mōtes aſperos in agrū piſtoriēſem abducit. Vñ dicimꝰ ager cāpanus: ager prixianꝰ. Et includit in ſe nemora ſaltus paſcua lacus flumina ⁊ oia q̄ i territorio illo ſūt. Quādoq; ſignificat partē quandam ipſius territorij vrbis q̄ priuatim ab aliquo poſſidetur: quam etiam poſſeſſionem dicere ſolemus: vt cum dicimus. Hic emit vnā pulchram poſſeſſionē. Et eſſe videtur rus in quo ⁊ domus ⁊ omnia q̄ in agro ſunt generaliter continētur. i. que ꝓ captu ipſius partis eſſe poſſunt. Et ſic agrum puto ſignificare rus. vnde. Terenti. in Enu. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. Et ſequitur. Neq; agri: neq; vrbis odiū me vnq̄ percipit. Ubi ſatietas cepit fieri: cōmuto locum. Idem in Heau. Agrum in his regionibus meliorem neq; precij maioris nemo habet. Et paulopoſt. Talenta duodecim coegi: agrū hūc mercatꝰ ſum: hic me exerceo. Ex his innuitur ſub agri noie et domū ⁊ oia alia que in agro cōtinētˀ: cōprehēdi: ideq; eſſe agrū rus et poſſeſſionē. Notandū tñ ꝙ nec rus nec ager villa eſt: ſed villa in rure: ſiue agro dr eſſe. Qñq; ager ſignificat locū in rure: quē colimus ſiue arādo: ſiuē cōſerēdo ⁊ ſingularē pluralemq; numerū habet. Columel. li. j. Nā vbi ſedulo colitˀ ager plerūq; cōpēdiū nūq̄ niſi ſi celi maior vis aut predonis inceſſit detrimētū affert Liu. lib. iiij. Peſtilentem annū inopia frugum neglecto cultu agroꝝ vt plerūq; fit excepit. Interdū tamē ager dicitˀ campus quia vt ait Var. primum ex āgro plano fructus capiebāt. Eſt aūt campus planities terre ampla et grandis. Locus vero anguſtior area vocatˀ. Interdū dicitur fundus ꝙ pecudū ⁊ pecunie videbatur eſſe fundamentum.

Agellus diminutiuū ſignificat paruū agrum. Terent. in adel. Agelli eſt hic ſub vrbe paulum quod locitas foris huic demus q̄ fruatur. Hinc fit aliud diminutiuum agellulus. Ambro. Qui fidei exercet militiam: ab omni vſu negotiationis abſtinere debet: agelluli ſui contentus fructibus.

Agrarius. ij. qui agros poſſidet. Cicero in phil. Num rurſus reprobos decoriabit: num ſollicitabit rurſus agrarios. Agrarius a Liuio etiam dicitur ſuffragator legis agrarie.

Agrarius a. um. qđ ad agros pertinet: vt lex agraria: Li. lib. ij. Tum primū lex agraria ꝓmulgata eſt.

Agripete penul. cor. qui petunt ex agrorum diuiſione portionem que viritim dabatur.

Agreſte dicitˀ quod ruſticū eſt et ad agros pertinet. Vñ Agreſte vocamꝰ qđ in agris non in ortis naſcitˀ. Virgiliꝰ. Cuncta tibi cererē pubes agreſtis adoret. Idem. Dicendū et que ſunt duris agreſtibus arma. Itē agreſtis dicitur: qui ſilueſtrem vitam agit et fe-

ram: ſicut apud grecos dicitur ferus. Unde in compoſitione Onager dictus eſt aſinus ferus.

Agricola penultima correpta qui agricultor eſt Idem agriculator dicitur.

Agger eris. per duplex gg. maſ. gene. ſignificat ꝓprie lapidum aut terre coaceruationē: que facto vallo pro pius ponit̃. Improprie dicitur cuiuſlibet rei coaceruatio vñ foſſe aut valles impleri poſſunt. Quin. Et muros ⁊ munimēta aggerē dici voluit. Ser. Virg. Quin. intrāt portas atq̧ ipſis prelia miſcent aggeribus. Et agger dicitur media vie eminentia ex aggeratis lapidibus ſtrata. Idē. Qualis ſepe vie deprenſus in aggere ſerpens.

Aggero as. penul. correpta ſignificat accumulo. Col. Omēs arbores fructifere circūfoſſe aggerare debēt. Amb. Etenī dum augere opes: aggerare pecunias: occupare terras poſſeſſionibᵒ cupimᵒ: ꝓſtare diuitijs iuſticie formā exuimᵒ. Hinc fiūt cōpoſita adaggero. Col. lib. vj. Deinde terrā circa arborem adaggerato vſq̧ ad ipſum inſitū. Exaggero vehementer aggero: et per tranſlationem augmēto: extollo ve ſignificat. Aug. lib. iiij. de ciui. dei. Quid ſi cōmemorare voluiſſem ⁊ exaggerare illa mala nō que ſibi inuicē hoīes faciūt: ſicut ſunt vaſtationes euerſioneſq̧ bellantiū: ſed q̄ ex ipſiᵒ mūdi elementis terrenis accidūt rebᵒ.

Aggero is. penul. cor. ſſi. ſtum. iuxta gero. Ambro. lib. .j. offic. Fouent ocium aſtutia ⁊ improbitate: aggerūt diuitiarum aceruos: ſed exoluent ſeram licet nequitie ſue penam.

Agilis pe. cor. leuis dexter qui ſe facile agit: vel pronᵒ aut voluntariᵒ eſt ad agendū. Hora. Oderūt hilarē triſtes: triſtēq̧ iocoſi. Sedatū celeres: agilē nauūq̧ remiſſi. Col. Symmachus Malo inquit vniᵒ agilē induſtriam: q̄ decem hominum negligentem et tardam operam. Hinc agilitas dexteritas corporis celeritas. Col. libro primo. Eiuſdem agilitatis homo frugi melius q̄ nequam faciet.

Agina penulti. pro. Eſt in qua inſeritur ſcapus trutine .i. in quo trutina agitur et vertiur ab agendo dicta

Aginor penultima producta vilia negocior. Aginator qui paruo lucro mouetur.

Agglutino as. penulti. cor. ad aliquid glutino: copulo. Plautus in Aul. Ita mihi ad malum male res plane ſe agglutinant.

Aggrauo as. penulti. correpta: valde onero: vel valde grauis ſū. A quo aggrauaſco qđ ē valde grauis fio.

Aggrego as. penul. corre. Vide in dictione abgrego.

Aglyphos penultima correpta: latine non ſculptus. Nam α ſine: γλυφω ſculpo.

Agnati penul. pro. dicunt̃ qui per virilis ſexus ꝑſonas cognatione coniuncti ſunt: q̄ſi a patre ꝯgeniti inquit Caiᵒ iurecō. Veluti frater eodē patre natᵒ filiᵒ fratris nepoſue ex eo. Inter agnatos ⁊ cognatos h̄ intereſt ꝙ in agnatis cōtinent̃ cognati: in cognatis non vtiq̧ agnati: vt puta: Frater patris. i. patruᵒ eſt agnatus ⁊ cognatᵒ. Matris ꝟo frater. i. auūculᵒ cognatᵒ eſt ſ3 nō agnatᵒ. Gentilitas ꝟo ⁊ agnationē ⁊ cognationē ꝯplectit̃. Agnatū etiā dicimᵒ quicquid vltra debitū natū eſt. Vñ agneſcentia ⁊ agnata mēbra appellant̃ que abundant. Ply. Membra animalibᵒ agnata inutilia ſunt ſicut ſextus homini ſemper digitus.

Agnomen penultima producta: dicitur ab Agnatione in qua quis natus eſt.

Agnoſco ex ad et noſco: ſed d. euphonie cauſa mutat̃ in g. licet annomino ꝑ duplex nn. ſcribat̃. Et agnoſcere quidē đr de ꝓpinquis ⁊ ſanguine ꝯiūctis: vt Vir. Agnoſcitq̧ ſuos: letuſq̧ ad menia ducit. De hoc etiam in dictiōe cognoſco ab γνωω. μ. γνωσω.

Agmen ſignificat multitudinē. Virg. Vocat agmina ſeua ſororum. Interdum ordinatam multitudinem vt eſt exercitus incedētis: vt Lōgū per valles paſcit̃ agmen. Interdum impetū: vt apud eundem. Et leni fluit agmine tybris.

Aggredior ad aliquē gradior. Et hoc quādoq̧ amice. Plau. in Aſi. Etiam tu here hūc amoue abs te atq̧ me aggredere. Qñq̧ hoſtiliter vt ſit aggredi inuadere. Sal. Ex lateribᵒ ceteros aggredit̃. Iuſtinᵒ. Quos ex improuiſo aggreſſus facile fudit. Eſt enī aggredi gradatim ire et cū inſidijs ꝓpriū gladiatorū qui gradatim eunt ad dimicādū. Fit etiā qñq̧ aggreſſio verbis. Virg. Talibᵒ aggredit̃ Venerē ſaturnia dictis. Aliqñ aggredi ponit̃ ꝓ incipere. Lact. lib. v. Omēs tamē illud arguebant: ꝙ illo potiſſimum tempore id operis eſſet aggreſſus quo furebat odioſa crudelitas. Aliqñ pro tentare. Sal. in Iug. Omēs aſperitates ſupuadere naturā etiā loci vincere aggredit̃. Sciendū eſt ꝙ hec verba Aggredior/ adorior/ alloquor: et ſimilia: ad ꝓpoſitiōe eis adiūcta cū actō ſolo elegantius ponūtur q̄ ſi ſimplicia eorum actō ad prepoſita iūgātur: vt aggredior hominē: nō gradior ad hoīem. Dicimus etiam aggredior te dictis: quaſi cum calliditate. Virg. Talibus aggredit̃ dictis.

Agrigentum: vrbs Sicilie. Vñ Empedocles philoſophus: et phalaris tyrannorum ſeuiſſimus originem duxerunt. Hinc agrigentinus a. um. penultima producta: vt tyrannus agrigentinus.

Agrippinēſis colonia dicta ē ab agrippina Neronis matre: que vt vim ſuam externis quoq̧ nationibus oſtentaret in oppidū Vbiorū qui ſunt in Germania inferiore in quo genita erat coloniam deduxit.

Agrippe ſeu Aegrippe ab egro partu vt docet Gelli. dicuntur: quorum in naſcendo non caput: ſed pedes primi exierūt: qui partus difficillimus et egerrimᵒ habetur: ab egritudine ⁊ pedibus appellati Cōſiros autē pueros eſſe in vtero: Varro ſcribit: capite infimo nixos: ſurſum pedibus elatis nō vt hominis natura eſt/ ſed vt arboris. Nam pedes cruraq̧ arboris appellant ramos: caput ſtirpem atq̧ radicem. Quādo inquit contra naturā forte conuerſi in pedes brachūſq̧ plerumq̧ deductis retineri ſolent: egrius tūc mulieres enituntur.

Agrios: latine dicitur agreſtis/ ferox/ immitis. Agnus. Vide infra in aſpirandis αγνοσ purus caſtus: inde Chriſtus agnus dei dicitur: eſt etiam arbuſcula qua vie omnes ornabantur athenis in feſto palladis: dicta ab α priuatiua et γεννάω genero. quoniam inducit caſtitatem.

Agogus penulti. produ. latine đr ductor: dux vie a γω γοσ απο του αγειν ο πολλα σεμαινει.

Agolum penultima correpta/ paſtoralis baculus quo pecudes aguntur.

Agon locus certaminis Rome qui circus flaminius dicebatur: plerumq̧ ponit̃ ꝓ ipſo certamine: quādoq̧ etiam ꝓ ſtudio. Eſt et Agon victimari verbum: pro agone. Oui. li. j. faſt. Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros: Semꝑ agat ne rogat: nec niſi iuſſus agit. et Seneca lib. iij. controuerſiarum Carnifex manum tollat deinde reſpiciat ad patrē ⁊ dicat agon: quod fieri ſolet victimis.

Agonia pe. cor. orum. et agonalia orū vel ium. Ludi qui fiebant in honorē agonij dei ab α ſine ⁊ γωνία angulus: quia locᵒ in quo huiuſmodi ludi fiebāt erat ſine angulo. Ouid. lib. j. faſt. Et prius antiquᵒ dicebat agonia ſermo. Sūt qui agonia dicta velint ſacrificia: que fiebant in monte: qm̄ agones mōtes vocitarēt. Unde mōs Quirinalis agonᵒ: et Collina porta Agonenſis eſt appellata: ſed etiam ἀγωνία timor ſollicitudo: cōcertatio vt Iſocrates in Anagora et αγονία ſterilitas quedam pariendi.

Agonia e. penultima correpta hoſtia que immolabat̃.

Antiqui em̃ agonias ab agendo hoſtias vocabant.
Rurſus agonia accipitur pro timore ⁊ ſollicitudine
que mentẽ vexat: vt in euangelio. Et factus in ago/
nia prolixius orabat.

Agonius dicebat̃ deus q̃ p̃ſideret rebus gerendis. Et
agonius dies erat quo rex agoniã hoſtiã imolabat.
Et agonius moleſtiã inferens dicitur.

Agoniſma atis. certamẽ: vt de diuo Anaſtaſio legitur.
Suũ agoniſma gratanter ſuſcepit. Proprie tñ pal/
ma ſeu premiũ agoniſma dicitur.

Agoniſta: qui in agone cõtendit. Grece ἀγονίστησ
dicitur certator/pugil.

Agoniſticus a. um. certatorius: qđ ad agonẽ pertinet.
Aug⁹ in pſal. interpretatione. Agoniſtica iſtã vana
et ludicra nõ debet affectare chriſtianus.

Agonotheta penul. cor. munerari⁹: q̃ſi agonis diſpoſi
tor ſeu prefect⁹: qui premiũ certãtibus in quolibet lu
dorum genere ꝓponit: qualis Eneas apud Virgiliũ.
Cõponit̃ em̃ ſic: αγωρα αγωροσ: certamen: et τε/
θεισ τεθεριοσ: poſit⁹ diſpoſitor. Aug⁹. Nõ audis
athletã dñi ab agonotheta petẽtẽ adiutoriũ pugne.
Hiero. Iſte agonotheta nõ ꝓptea nos pugnare vo
luit/vt nos poſſit benedicere.

Agoniço penul. ꝓduc. neu. et Agoniçor depo. ſignifi/
cat dimico/cõtendo. Hiero. in eccle. Agoniçare pro
aĩa tua ꝓ iuſticia. Cyprian⁹ ad Moyſen. Ois q̃ ago/
niçatur in omnibus cõtinens eſt.

Agoranomus penultima correpta: apud Plautũ edi/
lẽ ſignificat: qui in Cap. ait. Euge edictiões edilitias
hic quidẽ habet: mirũq; adeo eſt niſi hunc fecerũt ſi/
bi etoli agoranomũ. Dictus agoranomus a foro re/
rũ venalium cui regulã preſcribit: ſed ſi grecã linguã
audire volum⁹/aliud ſignificat: quoniã αγορα και
αγορευω το φθεγυομαι και απο του νεμειν
νύμασ: quaſi qui fori ius haberet.

Agoreus: a noſtris nundinarius vilia emens: ab ago/
raço emo. Hora. Daune defende dec⁹ camene Le/
nis agoree. Agora em̃ forũ venalium dicitur: quod
etiã ꝓ concione/ ꝓ precio rei/ ꝓ re vendita: et ꝓ foro
iudiciali q̃nq; ponitur.

Agraphus pe. cor. latine nõ ſcriptus dicitur.

Agyrini ſiue agyrincẽſes: dicti ſunt populi ab vrbe agy
rio ſiue augurio.

## A ante H

Ahenus na. num. idem quod ereus. Virgilius. Et luce
coruſcus ahena.

## A ante J

Aio is. it. aiebã bas. bat. Ai aiſti ait: aimus aiſtis. Au/
guſt. Vos adijcientes in malo aiſtis. Plaut⁹ in Aſi.
De vnice vnũ ex omnibus/atq; illã amare aiebas.
Neuius. Vel ai vel nega. Cice. de fi. bo. Quaſi ego
id curẽ ꝙ ille aiat aut neget.

Aius deus a Romanis dictus eſt ab eo ꝙ aiebat. Nã
olim Rome audita vox eſt ſilẽtio noctis clarior hu/
mana voce: que iuberet magiſtratibus nunciari gal/
los aduentare: ⁊ vt ꝓuiderent ne Roma a gallis ca/
peretur: ex eo dictus eſt deus Aius. i. loquens: ſicut
docet Cice. lib. ij. de diui.

## A ante L

Ala: qua aues volant. A cuius ſil̃itudine ala etiã dicit̃
locus ille cõcauus ſubter brachiũ in homine: quia in
eo pili quaſi penne naſcuntur. Plini. lib. xj. Elephas
tm̃ ſub armis duas ſcʒ mãmas: nec in pectore ſed ci/
tra in alis occultas. Hinc hircinus odor ille concipi/
tur: ꝓprie tñ vocatur axilla/a qua fit ala. Cõtra Pri/
ſci. qui vult axillã per diminutionẽ fieri ab ala/et ma/
xillã a mala. Ciceronis hec ſunt verba. Quinetiã ver
ba ſepe contrahuntur/nõ vſus cauſa ſed auriũ. Quõ
autẽ veſter axilla ala factus eſt niſi fuga littere vaſti/
oris: quã litterã etiã e maxillis ⁊ axillis/ et vexillo et
pauxillo cõſuetudo elegans latini ſermonis euellit.
Sed hoc nomen quidã aſpirant. Dicit̃ ⁊ aſella: vt in
ſacris litteris. Abſcõdit piger manũ ſub aſella. Pre
terea ala dicta eſt equitũ turma: ꝙ pedites tegat ala
rũ vice. Nã in equitũ ordinibus circũ legiones dex/
tra ſiniſtraq; tanq̃ ale auiũ corporibus locabant̃. Vir.
lib. iiij. Dũ trepidant ale ſaltuſq; indagine cingũt. In
de dicti ſunt equites alares vel alarij.

Alari⁹ a. um. qđ eſt ale equitũ turme. Vñ alarij eq̃tes.

Alatus a. um. ab ala auiũ: quod habet alas. Allat⁹ vo
per duplex ll. apportatus.

Alauda auis: q̃ olim galerita vocabat̃: quia apicẽ ha/
bet: hoc eſt plumã elatã in capite ad ſil̃itudinẽ gale/
ri ſiue galee. Var. appellat galericũ: ⁊ a grecis cory/
dalus dicitur. Poſtea gallico vocabulo Alauda vo
cata eſt quedã legio apud Romanos. Galli em̃ hoc
nomine vocant galeã. Unde milites qui galeis vtũ/
tur dicti ſunt alaude. Scribit Plinius libro. xj. alau/
dã auiculã appellatã quondã galeritã gallico voca/
bulo etiã legioni nomen dediſſe. Ideoq; ceſar cũ ex
gallijs legionẽ conſcriberet/alaudã appellauit. De
qua legione Cice. ad Atticũ ſic ſcribit. Antonius cũ
legione alaudarũ ad vrbẽ pergere/pecunias munici
pijs impare. Militaria em̃ vocabula traducta ſunt
ab ipſis rebus que ita nominant̃ ꝓprie: quarũ rex in
acie ſtruẽda ſui cuiuſq; vocabuli imagines oſtẽdunt̃.

Alabarches: latine ſalis p̃fectus: vt eſt apud Joſephũ
in vltimo antiquitatis libro. Et fuit apud egyptios ⁊
iudeos honoris appellatio.

Alabande Ionie ciuitas Apollonio rhetore nobilita/
ta. Hinc alabandes et alabandicus: que ſic ab inui/
cem differunt: ꝙ alabandicus ſiue alabandiacus no/
men eſt poſſeſſiuũ. Unde alabandiacos libellus pro
barbaris et ineptis greci capiunt. Alabandes ciues
oppidi dicuntur. Unde carbũculos prefectos ala/
bandes quaſi municipes appellant impolitos atq;
rudes alabandicos.

Alabaſtrũ genus marmoris perlucidi et coloribus di/
ſtincti: ex quo fiebãt vaſa vnguentaria. Mar. Quot
coſmi redolẽt alabaſtra fociq; deorum. Dicit̃ et alaba/
ſtrus: qm̃ Pli. ſcribit ſeruãdis vnguẽtis maxime ido
neũ naſci circa thebas: egyptias et Damaſcũ ſyrie: q̃
priſci romani: ſicut aliq̃ magnates nũc rome preſtan
do p feneſtras lumine vtebant̃. Sil̃r alabaſter dicit̃.
Ci. lib. ij. Acad. Quib⁹ etiã alabaſter plen⁹ vnguenti
putreſcere videtur. Et lapis alabaſtrites penul. ꝓd.
Plini. lib. xxxvj. Hunc aliqui lapidẽ alabaſtriten vo
cant: quem cauant ad vaſa vnguentaria. Hunc lapi/
dẽ etiã vocant onycen. Sunt etiã mirothetia et nar/
thetia vnguentorum loculamẽta: ſed (vt puto) tales di/
ctiões improprie capiunt̃ a latinis: greca em̃ lingua
manifeſta eſt οτι αστερεει και λαμβανω in nume
ro plurali τα αλαβαστρα ꝓprie pixides vnguen/
torum et vnctionũ ſine anſulis. Calimachus tñ in hym
nn palladis in genere maſ. poſuit: itaq; ab odoribus
potius q̃ odores a lapide dicuntur.

Alabia grece αλαβια latine innocentia dicitur. Sed
eſt dictio in greco et in latino corrupta. Grece enim
ſcribi debet; αβλαβεια οτι βλαβη κακουργια
εστι απο του βλαπτειν. Et ideo latine debet di/
ci alabea penultima ꝓducta: quoniã ει diphthõgus
mutatur in e longum: vt κυθερεια citherea πηνε/
λοπεια penelopea.

Alacer et alacris penul. cor. dicitur is qui ingentis eſt
ſenſus: hoc eſt: qui viget ſenſibus vniuerſis: vt inquit
Aſcõ. quod eſt indiciũ erecti animi atq; ſublimis: et
cui ſenſus oĩs in ſuo loco degit ſicut econtrario. La/

cer dicitᷣ amputatis in corpore mẽbris: hoc eſt auribus/oculis/manibus: quod ꝛ ad animũ ſepe transfertur. Illud quoqꝫ intelligitᷣ aliud eſſe alacrẽ/ aliud letum. Do. Alacer dicitᷣ nõ letus neqꝫ triſtis. Interdũ ponitur ꝓ celeri ꝛ ꝓmpto: quaſi ſit alis acer. Teren. Quid tu es triſtis? quid non es alacris? Cice. li. j. ad Herẽ. Si huic ſit remiſſũ multos alacriores ad maleficia futura. Idẽ. Nam cũ feras beſtias videamus alacres et erectas euadere: vt alteri beſtiȩ noceant: non eſt incredibile putandũ ꝛc̃. Interdũ ꝓ lȩto ꝛ veluti in ſpem aliquã geſtienti. Hinc alacritas: quȩ ẽm Dona. proprie eſt mutatio quȩdã vultus geſtientis in ſpem aliquã: et eſt media inter lȩticiã atqꝫ triſticiã. Interdũ dicitᷣ volũtaria celeritas ſeu ꝓmptitudo ardorve. Liuius libro. iiij. Poſtqꝫ ingẽti alacritate clamor eſt ſublatus: quod bene vertat: geſturũ ſe illis morẽ: poſteroqꝫ die in aciẽ educturũ affirmat. Cicero libro ꝓmo Tuſ. in malũ accepit. Uir igitur temperatus/conſtans/ſine metu/ſine ȩgritudine/ſine alacritate: nulla libidine vexatus.

Alania regio eſt Scythiȩ europȩ: quȩ ad Meotides paludes pertingit.

Alanus penul. ꝓduc. Scythiȩ fluuius: a quo alani populi dicti ſunt: iuxta quos ſunt Toxolani. Amianus ſcribit alanos dici/quos priſci maſagetas dixerunt. Hi carnibus veſcuntᷣ: et panẽ nõ manducãt. Mar. Nec te ſarmatico tranſit alanus equo. Iul. Capi alanos in parte Daciȩ collocat.

Alba nomen eſt duarum vrbium: quarũ vna eſt in latio: a qua albani populi et alban⁹ mons: ſub quo aſcanius ciuitatẽ hanc albã condidit: quȩ (vt Liuius ſcribit) a ſitu porrectȩ in dorſo vrbis/longa alba vocata eſt. Uulgatior fama eſt ab omine porcȩ ibidẽ inuentȩ: dũ a Troia cũ patre ꝓfugo veniſſet. Altera eſt ad lacũ fulcinũ: a qua albenſes dicuntᷣ: quis etiã albani quoqꝫ vocentᷣ. Alba etiã ſacerdotis camiſia dicitᷣ.

Albana vrbs fȩlicis arabiȩ eſt: ſicut docet ptolemeus.

Albanus nomẽ eſt montis ꝛ laci nõ ꝓcul ab vrbe: vnde vaticiniũ fuit nunqꝫ romanos velum capturos ni ꝓmo ex albano lacu emitteretur aqua. Itẽ albanus nomen eſt duarũ vrbiũ: quarum vna eſt in Macedonia mediterranea. Altera in maiori armenia/ vbi diuus Bartholomeus fuit decoriat⁹. Hoc etiã nomine dictus eſt fluuius albaniȩ. Albanus a. um. quod eſt ab alba latij vrbe. Unde albani patres.

Albania regio in oriente a colore populi vocata: eo ꝙ albo crine naſcantur. Hȩc ab oriente ſub mare caſpium ſurgens ꝑ orã oceani ſeptẽtrionalis vſqꝫ ad meotidas paludes ꝑ deſerta oſtenditᷣ. In ea albania ciuitas ꝛ albanus fluui⁹. Apud hanc habentᷣ canes ferociſſimi/qui tauros ꝛ leones occidunt.

Albia fluuius Boemiȩ oritur in montibus qui Morauiã boemiãqꝫ diuidũt: ꝛ magno aquarũ auctu mediam ferme diuidit boemiã i occidentẽ prius mox i ſeptentrionẽ fluẽs: vbi exit boemiã ꝑ anguſtas fauces montiũ in ſaxoniã penetrat: ꝛ in oceanũ voluitur.

Albus a. um. a grȩco αλφη quod candorẽ ſignificat. Sabini alpũ dicunt. Et color q̃ opponitᷣ nigro. Plautus i Mene. Dic mihi hoc qð te rogo: albũ an atrũ vinũ potas? Interdũ alb⁹ ponitᷣ ꝓ pallido: vñ ꝛ exalbeſco: pallid⁹ fio. Interdũ ꝓ bono: ſicut ecõtrario nigrũ ꝓ malo. Perſi. Per me eq̃dẽ ſint oĩa ꝓtin⁹ alba. Hor. Hic niger ẽ: hũc tu romane caueto. Iuue. Maneãt q̃ nigrũ i cãdida ꝟtunt. Sed hȩc ꝑ trãſlationẽ.

Album ſubſtãtiuũ: dicitᷣ qð grȩci vocãt λευκωμα: tabula gipſata: in qua iudices notari prȩtorumqꝫ iura ſcribi ſolebãt. Si quis ꝟo albũ corrupiſſet puniebatur: qꝛ ꝑtoris maieſtas cõtẽpta videbatᷣ. Pau. Si familia alicui⁹ albũ corruperit: nõ ſilr hic edicitᷣ vt i furto. Iudex inquit Seneca lib. iij. de bñficijs: ex turba electoꝝ quẽ cenſus in albũ ꝛ equeſtris hȩreditas miſit. Hoc ꝛ pictatiũ quoqꝫ dicitᷣ: vt in Alexãdro Cȩſare. Lãpridius vulgo matrix appellata. Similiter ea tabula dicitur albũ in qua ſingulorũ annoꝝ acta litteris mandabantur a pontifice maximo: proponebaturqꝫ domi eius/vt poteſtas eſſet populo cognoſcendi. Hiqꝫ nunc annales maximi nominãtur: vt auctor eſt Cice. libro ſecundo de Orat. Eſt ꝛ album decurionum ꝛ cytharedorum. Nam in digeſtis titulus eſt de albo ſcribendo: vbi docet Ulpianus quo ordine decuriones in albo ſcriptos eſſe oporteat.

Albarium dicitur quod illinitur tectorio: cũ paries pingendus nõ eſt: quod fit ex calce.

Albidus da. dum. penul. cor. quod aliquãtulũ album: vt granũ extrinſecus albidum intus candẽti ſiſe conſpicitur. Aug⁹ lib. xxj. de ciui. dei ꝓ albo poſuit. Lapides igne candente percocti ꝛ ipſi fiunt candidi. Et quis ille magis rubeat: illi albido colore niteſcant: congruit tñ illi luci quod albũ eſt/ſicut nigrum tenebris. Hinc ſubalbidus: parũ ſiue aliquãtulũ albus. Pli. Ramos habet candidos/folia ſubalbida.

Albedo/albitudo ꝛ albor pro cãdore accipiuntᷣ. Plautus in Tri. Et itẽ alterum ad iſtanc rapitis albitudinẽ calliclẽ aiebat vocari.

Albor: albedo. Hiero. in Leui. Q ſi ſurſum fuerit i alborẽ cõuerſa: ſacerdos eum mundũ decernet. Alborẽ etiã Apitius vocat: quod eſt album in ouo: quod Plinius albuginẽ appellat: medici albumen.

Albugo penul. produ. macula in oculo. Pli. libro. xxj. Qua alligata oculo albugines tolli dicuntᷣ. Idẽ albuginẽ vocat album in ouo.

Albumen penultima producta: quod eſt in ouo album. Uitellus ꝟo croceus.

Albeo albes: albus ſum: vt Cãpi niuibus albẽt. Hinc albeſco: albus fio. Uirgilius libro primo Georgicorum. Sȩpe etiã ſtellas vento impendente videbis Prȩcipites cȩlo labi noctiſqꝫ per vmbras: Flãmarũ longos a tergo albeſcere tractus. Huius cõpoſitum eſt exalbeſco.

Albico as. pe. cor. aliquãtulũ albus ſum. Pli. lib. xxij. Solidũ ſemẽ coniicitᷣ i oculum/nec turbat/ſed i ſe caliginẽ cõtrahit: mutat colorẽ: ſed ex nigra albicare incipit: et tumeſcit. Silr accipiuntur vellico/fodico/cãdico/nigrico/nutrico: quȩ formantᷣ ab eoꝝ verbis in ſco deſinẽtibus/diminutis litteris e. ꝛ s. et mutata e in i. vt albeſco/albico/cãdeſco: cãdico. Deſcenduntqꝫ ab actiuis ꝛ neutris: vt nutrio nutrico/vello vellico/fodio fodico: q̃ ſine dubio diminutiua ſunt. Nã fodico min⁹ eſt qꝫ fodio: qð nõ ſomniculoſe legẽtib⁹ patebit. In ſignificatiõe verboꝝ i ſco Priſc. interꝑtat⁹ eſt albico/dicẽs albico ꝓ albeſco: ꝛ Horaciũ affert exemplũ. Nec prata canis albicãt pruinis. Sunt q̃ ea apparitiua nominẽt: qm̃ apparentiã ſignificent.

Albo as. album facio. Cuius paſſiuũ eſt albor: alb⁹ fio. Unde et dealbo et dealbor: quod eſt multum/ ſiue a ſummo vſqꝫ deorſum albũ facio. Curi⁹ Cic. Nec ſolere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Et illud. Lauabis me et ſuper niuẽ dealbabor.

Albogalerus: pileum capitis quo flamines diales vtebantᷣ. Fiebant eñ ex hoſtia alba ioui cȩſa.

Alburnus: lucaniȩ mõs: a cãdore verticis dictus.

Alburnum: adeps arboris. Pli. Humor et cortici arboꝝ eſt qui ſanguis eaꝝ intelligi debet. Eſt eñ in toto corpore arboꝝ ꝛ reliquoꝝ aĩaliũ cutis/ſanguis/caro/neruı/venȩ/ oſſa/ medullȩ. Pro cute cortex: hũor ſãguis ꝓximi plȩriſqꝫ adipes. Hi vocantᷣ a colore alburnum. Hinc exalburno as. qð eſt alburnum detraho. Idẽ. E reliquis arboribus ſicciſſima lotos: deinde robur exalburnatum/cui nigricans color.

Alburnea: fons iuxta Tibur. Uirgilius libro. vj. La

coſqꝫ ſubacta Conſulit albunea nemorū que maxi/
ma ſacro Fonte ſonat.
Albegmina:partes extorum que dijs immolabantur:
a candore eorum dicta.
Albula pe.cor.fluui⁹ ab albo colore aque:q̄ poſtea ty/
beris a Tyberino ſiluio albanoꝝ rege ibi extincto di/
ctus eſt. Liui. Pax ita ꝯuenerat/vt etruſcis latiniſqꝫ
fluui⁹ albula (quē nūc tyberim vocāt) finis eſſet. Itē
albula dicta eſt aq̄ q̄dā in agro tiburtino:q̄ vt Stra.
teſtat̄ vulnerib⁹ medet̄. Mar. Canaqꝫ ſulphureis al
bula fumat aq̄s. Dicit̄ ꝛ albule p̄l'alit̄. Idē. Qđ ſicce
redolet palus lacune crudaꝝ nebule qđ albulaꝝ.
Albion inſula britannie/dicta ab alpis rupib⁹ q̄s mare
abluit. Poſtea anglia dicta. Uide in Anglia.
Albis fluuius qui in duo ſpacia germaniā diſterminat:
vt teſtatur Stra. libro. j. De hoc Luc. libro. ij. Fun/
dat ab extremo flauos aquilone ſueuos Albis:ꝛ in/
domitū rheni caput.
Albinga:oppidum ligurū colonia ad mare deducta:cu
ius incole ligures iūgauni vocantur. Ex hoc loco ad
moneci portū ſtadia ſunt. lxx. Dicit̄ ꝛ albigaunū.
Albeus per diminutionē albeolus cū accentu in ante/
pe. tabula luſoria. Cice. de fi. bo. Aut albeolū poſce/
re/aut querere quempiā ludū. Pli. M. Meſalla cō
ſul pridie Calendas Octobres diē natalis ſui egit:
tranſtulit albeū cum teſſeris luſoriū e gēmis duabus
latum pedes tres.
Alceus cū diphthōgo:nomen poete lyrici mytelenei.
Hic magnific⁹/breuis/diligēs et plurimū Homero
Alces is. ſeu Alces e. grecorū more:animal eſt (ſilis.
e gallia tranſalpina inuentu rarum:olfactu e longin
quo venatorē ſentiens:ſtatimqꝫ in ſpecus et latibu/
la ſe cōdens: media inter camelum et ceruū ſiſitudi/
ne. Sed mares ex his in ſupcilijs habent cornua. De
his animalibus Ceſar lib. vj. et Julianus capitoli/
nus mentionē faciunt.
Alceſte es. ſiue alceſtis alceſtidis:fuit Perilai filia:ad
meti Phereoꝝ regis cōiunx:que maritū tanto amo/
re dilexit: vt ꝓ eo perire nō recuſauerit. Cū em̄ mari/
tus egrotaret:oraculo nunciatū eſt ei/poſſe adhuc vi
uere ſi foret aliquis ex affinitate vel amicitia qui pro
eo ſpōte mortē ſubiret. Ceteris id abnuentibus/ſola
vxor ꝓmiſit. Juue. Spectāt ſubeuntē fata mariti Al
ceſtē. Hiero. Alceſtin fabule ferunt ꝓ admeto ſpōte
defunctā. Sed multa eſſent dicenda:ſed vide trage/
diā Euripidis alceſtin que impreſſa eſt.
Alcyone penul. corre. due fuiſſe leguntur. Altera Cey/
cis vxor:que viſo cadauere mariti in littus eiecto: ſe
deiecit in mare:iuſſuqꝫ Amphytrites in aues cōuer/
ſi fuerūt ambo. Altera fuit Eueni fluminis filia:que
poſtea Marpeſa dicta eſt.
Alcedines ſunt quedā aues dicte quaſi algedines:ꝙ fri
gidis tēporibus in mari pariant. Plautus. Nā her/
cle tu periſti/niſi illā mihi tā tranquillā facis ꝙ̄ mare
eſt olim:cū alcedo pullos educit ſuos. Dicta eſt a gre
cis Alcyone alcyones: vel Alcyon alcyonis. Am/
broſi⁹ libro. ij. Hexa. Alcyone eſt auis maritima:q̄ in
littoribus fet⁹ ſuos edere ſolet:ita vt in harenis oua
deponat medio fere hyemis:nā id tēporis fouendis
habet deputatū partubus/quando maxime inſurgit
mare:littoribuſqꝫ vehementior fluctus illiditur:quo
magis repentine placiditatis ſolennitate auis hui⁹
eluceret gratia. Nāqꝫ vbi vndoſū fuerit mare: poſi/
tis ouis ſubito miteſcit:et omnes cadunt ventorum
procelle:flatuſqꝫ aurarū quieſcunt:ac placidū ventis
ſtat mare/donec oua fouet alcyone ſua: ſeptem dies
fetus ſunt:quibus decurſis educit pullos/Illico ali/
os ſeptē adiungit dies quibus enutriat partus ſuos/
donec incipiant adoleſcere. Tantā autem gratiā mi/
nuſcula auis diuinitus indultā habet; vt hos quattu/
ordecim dies nautici preſumpte ſerenitatis obſeruēt
quos et alcyoniadas vocant:quib⁹ nullos mot⁹ pro/
celloſe tēpeſtatis horreſcant. Ferunt hanc auē paulo
maiorē paſſere:pennis purpureis candidis admix/
tis:collo gracili et procero/raro viſā. Ariſtoteles li/
bro. viij. de animalibus/Alcyonū duplex genus eſſe
ſcribit. Alterū vocale harundinibus inſidens:alterū
mutū ampliori corpore. Ab alcyone fit alcyonius a.
um. vt Alcyonij dies. Fitqꝫ a greco αλσ: quod ma/
re ſignificat:licet aſpiret̄.
Alcamenes penultima correpta:nomen ſculptoris ꝓ/
priū:qui ſicuti Plinius libro. xxxiiij. ſcribit) Phidie
diſcipulus fuit.
Alcmane lydia Sardenſis poeta lyricus/ filius Da/
mantis:claruit. xxvij. olympiade:cū apud lydos re/
gnaret Ardis pater Aliate:et cum nimio amore pu
ellam quandā deperiret: amatorios cantus primus
inuenit. Fertur phthiriaſi morbo interijſſe:quoniam
φθειρωοθεν φθειρ φθειροσ και φθειριασισ:
id eſt pediculis:quoniā ex putrefactione humorū in
poris carnis oriantur.
Alcinous penul. cor. nomen iuſtiſſimi Pheacū regis/
a poetis laudati:cuius edes fuerunt magnificentiſſi/
me extructe: ꝛ viridaria bifera erant. Unde Papi.
Quid referā alcinoi pomaria: voſqꝫ: Qui nūqꝫ va/
cui ꝓdiſtis in ethera rami. Dicit̄ etiā alcinus de q̊ in
odyſſea multa Homerus que nota ſunt.
Alcides penult. producta. Hercules greca ſignificati/
one a virtute appellatur. Nā αλκη alce virtus ro
bur fortitudo dicitur.
Alcibiades pe. cor. nomen athenienſis imperatoris ſū
mi:qui genere ꝛ forma precipuus omībus rebus ap
tus fuit. Diues p̄terea:affabilis/patiens/ꝛ omī deni
qꝫ virtute p̄ditus. Et (qđ mirū eſt) vitijs etiā pleniſſi/
mus fuit. Eius vitā Plutar. luculēter ſcripſit. Pro/
ditū eſt ꝙ vniuerſa ciuitas Athenienſiū oculos in il/
lū ſuſpēſa ora cōuerterāt: ꝛ quaſi de celo miſſū cōtuē
tes admirabant̄. Fuit hic ex primatibus:qui cū eſſet
ꝓcliuis ad luxū ꝛ ad ceteras voluptates:ad bonā di
ſciplinā traduct⁹ eſt a Socrate. Nā diſcendi ſtudio
ꝛ ſapiētie amore pellectus:extēplo multis amatori/
bus adulatoribuſqꝫ repulſis/ad ſocraticā diſciplinā
aīm ꝯtit:nunqꝫ recedēs a latere phī ſapientiſſimi.
Alcmena penul. ꝓdu. nomen ꝓpriū fuit matris Hercu
lis:de qua qui velit multa itelligere:legat την ασπι
δα τουησιο δουηοιη ωρολιπουσα δομο υσ
και πατριδα γαιαν ηλυθεν εσ θηβασ μετα/
ρηιον αμφιτρυωνα αλκμηνην θυγατηρ λα
οσσο ου ηλεκτρυωνοσ.
Alea. ludus tabule:ab Alea quodā milite in ocio troi/
ano. Horacius in epiſtolis. Quē damnoſa Uenus:
quē preceps alea nudat. Et cū alea dicatur omīs lu/
dus in varietate fortune conſiſtens. Unde Mar. de
nucibus. Alea parua nuces et nō damnoſa videtur.
Sepe tamen pueris abſtulit illa nates. Factū eſt vt
nō ſolū pro fortuna/ſed etiā ꝓ periculo periculiqꝫ du
bitatione ſumatur:et ille dicatur aleā iacere: qui ſe
periculo fortuneqꝫ cōmittit. Liui. In dubiā imperij
ſeruitijqꝫ aleā im⁹. Eſt ꝛ Alea nomen vrbis ab Aleo
conditore. Papi. in ſiluis. Aut alee lucis vidit tege/
es ſacerdos. Plut. In vita Ceſaris ανιρ ριυτωκυ
βοσ: id eſt iactus ſit taxillus.
Aleator ꝛ aleo onis. qui ſepe alea ludit. Catu. Niſi im
pudicus ꝛ vorax et aleo. Nunc aleator dicit̄.
Aleatoriū apud Sidoniū ſumitur pro ludo alee. Ait
em̄. Atqꝫ illic aleatoriū laſſis cōſumpto ſpheriſterio
ſatiat. Suet. vocat aleatoriū foꝝ.
Alecto: vna eſt ex furijs infernalibus: et latine inceſ/
ſans interpretatur:ab α priuatiua/ꝛ ληγω deſino:
quia cupiditas nunqꝫ ſatiatur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Allectoꝛius:lapis qui in ventriculo galli inuenit̃. Gallus eñ grece αλεκτωρ dicitur.

Ales:quelibet auis:ab alis gerẽdis:ſicut volucris omne volatile:et tã maſcu. ꝙ fe. generis profertur. Virgilius. Nix volans fuluus Iouis ales i ethꝛa. Ponitur qñꝫ ꝓ veloci:vt alite planta. In gtõ plurali alitum ⁊ alituũ ſm Priſ. Vir. xj. lib. Alituũ pecudũꝫ genus ſopoꝛ altus habebat. Auis eſt que parit oua/ et pennis eſt pꝛedita/ꝑter veſpertilionẽ.

Alecula. diminutiuũ ab alec. Colu. libꝛo. ix. Datur camarus et riualis alecula:vel ſi q̃ ſunt incrementi parui fluuioꝛũ animalia.

Alec:vide infra in dictione halec.

Alemani penul. ꝓducta:populi inhabitãtes iuxta Lemanum lacũ.

Alexandria:vꝛbs egypti nõ longe a nili oſtio:vt Solinus ait ab Alexãdꝛo macedone/vnde illi nomẽ cõdita. Vꝛbs fertiliſſima:quã Dinocrates architectꝰ cõmẽſuratꝰ eſt mirabili ingenio q̃ndecim miliũ paſſuũ laxitate ad effigiẽ macedonice chlamydis oꝛbe gyrato laciniosã anguloſo dextra leuaꝫ ꝑcurſu. Mareotis lacus ad meridianã vꝛbis partẽ euripo canopico oſtio mittit̃. Habuit olim ſcholas oĩm diſciplinarũ liberaliũ. Fuitꝫ ob cõmoditatẽ maximũ totiꝰ oꝛbis empoꝛium. Sunt et alie alexãdrie. Vna in Scythia ſup Tanaim. Alia in Aſia:⁊ alie alibi ſm Ptole.

Aleopetra:inſula in Meotide.

Alexicacon:remediũ quod fit ad depellenda mala. Sic Hercules dictus fuit Alexicacos/ ab eo ꝙ defenſoꝛ eſſet hoĩm:hoc et amuletũ dicitur.

Alga herba que naſcitur in aquis marinis: dicta a mari ab algoꝛe aque:ſiue ꝙ pedes alliget:quia craſſa eſt folijs ex parte ſupernatantibus. Virgilius lib. vij. Laterĩꝫ illiſa refunditur alga.

Algoꝛ oꝛis. algus us. ⁊ algus gi. doloꝛ/triſticia:ꝑ trãſlationẽ ponitur ꝓ frigoꝛe. Plau. in Aul. Inopiã/luctum/ meroꝛẽ/paupertatẽ/ algum/famẽ. Luca. li. iij. Sollicite euolitant moꝛbis algoꝫ fameꝫ. Plau. in Ru. Vel ſuda vel peri algu:vel etiã egrota.

Algeo es. alſi vel alxi. ſum. a greco αλεωοθηρτὸ ἄλγοσ αλγεοσ:doleo/patioꝛ:vt ſit frigus doloꝛ qui dã mẽbꝛoꝛũ rigoꝛe contractus. Ponitur tñ algere ꝓ frigidũ eſſe. Augꝰ libꝛo. xxj. ð ciui. dei. In eſtibus diei ſic alget/vt bibi nõ poſſit.

Algidus penul. coꝛrepta:mons ab vꝛbe duodecim paſſuum milibus diſtans:ab aſſiduo frigoꝛe ſic dictus. Hoꝛa. Queꝫ auentinũ tenet algidumꝫ. Et ab hoc quoꝫ ſilua algida dicta eſt huic monti ſubiacẽs. In cuius ingreſſu regillus lacus eſt.

Algedon:latine cruciatus.

Alius a. ud. genitiuo alius penult̃. pꝛoduc. vel alij e. ij datiuo alio e. o. Cicero. Si res tote alie rei neceſſe eſt ſilr ſit. Et idẽ eſt quod diuerſus:vt alia eſt facies eius a facie mea. Accedit quandoꝫ ad vim cõparatiõis. Quintil̃. At quãto alius fuit:ille infeliciſſimus iuuenis affectus. Quo modo autẽ differat ab alter: vide in dictione alter.

Alias res agis. i. nõ intendis ad id quod dicit̃: vt nulla ſit in eis attentio:aut nugatoꝛias res agis.

Alias aduerbium:ſignificat alio in loco/ vel aliter/vel alio tẽpoꝛe/vel aliq̃n. Pli. lib. xxxiiij. Alias fragile et eroſũ:rotarumꝫ vſibus ⁊ clauis maxime fugiendũ. Gellius. Neꝫ id tñ ſemp eſſe fieri dixiſſet:ſed al̃s ocyus fieri/alias ſerius:id eſt aliquãdo.

Alienus a. um. quãdoꝫ alienatus dicitur. Sal̃. Poſtꝙ alienũ ſe videt. Quãdoꝫ diuerſus/diſſimilis/diſpar/diſſonus. Idẽ. Neꝫ ſolum illis aliena mẽs erat. Quãdoꝫ nõ cõſcius: vt apud eundẽ. Ille eos in domũ Decij bꝛuti perducit/ꝙ foꝛo ꝓpinqua erat: neꝫ aliena cõſilij/ꝓpter Sempꝛoniã.

Alieno as. alienũ vel aduerſãrium facio/ ſeu a pꝛopoſito remoueo repulſando. Plau. Ne alienabis nũꝙ quin noſter ſim. i. a pꝛopoſito remouebis. Saluſ. Neꝫ falſa ſuſpitione alienatũ eſſe ſentiebã. i. repulſum. Terent̃. Ita nos alienauit. i. aduerſarios fecit. Paul. iurecõ. Alienationis verbo vſucapionẽ cõtineri putat. Vix eſt eñ vt nõ videat̃ alienare qð pati tur vſucapi. Eum quoꝫ alienare dicimus qui nõ vtẽdo amiſit ſeruitutes. Huius verbi cõpoſitũ eſt abalieno:quod eſt abinuicẽ ſeparo. Ci. in arte veteri. Si auditoꝛis ſtudiũ defatigatio abalienabit.

Alienigenus a. um. pe. ꝓ. nomẽ cõpoſitũ a genere. et ſignificat qð eſt externum vel alieni generis/ vel inter alienos genitũ. Vale. lib. j. Adijci noſtris duo eiuſdẽ generis alienigena exẽpla nõ abſurde pñt.

Alienigena cõ. ge. vel ſm Pꝛobũ oĩs generis:ſumitur in eodẽ ſignificato cum alienigenus.

Aliter aduerbium fit ab alis huius alis pꝛo alius:ſicut declinabãt antiqui:⁊ ſignificat cõtrario modo. Vir. Dijs aliter viſum. Teren. in pꝛol. And. Vex aliter euenire multo intelligit. i. contra.

Alibi:alio loco. Aliubi ꝓ alicubi. Nã dicimus ſolẽ totum aliubi:aliubi dimidiũ hoĩbus adimi.

Aliunde. ex alio loco.

Alioquin et alioqui vtroꝫ modo dicitur:et habet penul. pꝛoduc. ſignificatꝫ alio modo: vel ꝙ ſi nõ vel ꝓter hoc/vel etiã. Plini. Hos tibi dedicaui libellos. Nã nec ingenij ſunt capaces:quod alioquin nobis perꝙ mediocre erat.

Alioꝛſum: verſus aliũm locum/in aliã partẽ. Teren. in Eu. Vereoꝛ ne illud grauius tulerit: neve alioꝛſum atꝫ ego feci acceperit.

Aliquis:quaſi alius q̇s:⁊ habet vim pluralẽ:ꝙuis ſingulariter dicatur. Nõ eñ eſt aliquis niſi de multis. Vnde et apud veteres vario genere numeroꝫ pꝛoferebat̃. Teren. Aperite aliquis actutũ oſtium. Idẽ eſt quod quiſꝙ/quiſpiã ⁊ vllus. Et Aliquo ad aliquẽ locum. Aliqua:ꝑ aliquẽ locum. Alicunde: ex aliquo loco. Aliquoꝛſum: verſus aliquẽ locũ.

Aliquotiens ſeu( vt quibuſdã videtur)aliquoties ſine n. ſignificat aliquot vicibus ſiue aliquãdo.

Aliquot tñ pluraliter declinat̃:⁊ ſm Dona. ſignificat idẽ quod nec multi nec pauci.

Aliquantus a. um. ponitur pꝛo aliquot. Amb. Factũ eſt autẽ vt ꝑ aliquãtos annos ad cõſtantiã hoc factũ ab his qui viderant narraret̃. Hiero. ad Pãma. Cũ aliquãti ex vꝛbe venientes in eadẽ lectitarent/que ſe ro me excepiſſe referebãt.

Aliquãtulus diminutiuũ:et quãtitatẽ ſignificat. Augꝰ libꝛo. j. de ciui. dei. Illi autẽ infirmioꝛes qui terrenis his bonis:ꝙuis ea nõ ꝓponerent chꝛiſto:aliquãtula tñ cupiditate coherebãt.

Aliquãtũ mõ nomẽ eſt: vt aliquãtũ ocij/quaſi aliq̃ q̃ntitas. Mõ aduerbium: vt tu es aliquãtũ ocioſus.

Aliquãtiſper aduerbiũ:ſignificat aliquãto tpe.

Aliquãdo cum accentu in antepenul. ſed tẽpoꝛibus noſtris nõ ſeruatur/etiã a doctiſſimis viris:neꝫ in Virgilio vel Ouidio aut Luca. vel alijs poetis antiq̃s inuenitur in vſu illã coꝛripi poſitura:habet tria tẽpoꝛa:pꝛeſens/pꝛeteritũ ⁊ futurum:⁊ ſignificat aliquo tẽpoꝛe/ſicut ⁊ qñꝫ. Ponitur et pꝛo tandẽ. Cic. Valerio. Aliquãdo nos reuiſas.

Aliquatenus penult̃. coꝛrepta: ſignificat vſꝫ ad aliquã partẽ/ſiue ex aliq̃ parte/aut aliqua ratõe. Quintil̃. Verũ hoc aliquatenus tẽpoꝝ mutatio eſt cõditione. Augꝰ libꝛo. xiij. de ciuit̃. dei. Coꝛpus eſt moꝛtale:quoniã a vita quã habet deſeri poteſt: nec per ſeipſum aliquatenus viuit.

Aliquid ſubſtãtiuum eſt: vt aliquid vtile. Aliquod adiectiuum: vt aliquod templũ.

Alica penul.corre. potio:dicta ꝙ corpus alat. Hęc fit
ex ʒea: quę a noſtris ſpelta dicitur. Tunditur granũ
eius in pila lignea: vel lapidis duricia conteritur:ex/
cuſſis inde tunicis conciditur medulla. Hinc alicarij:
qui eã conficiunt venduntve.

Alicaſtrum etiã videtur dici ea forma ab alica deriua/
ri/ſicut ſiliquaſtrum a ſiliqua.

Alipedes penult᷒.correpta:equi veloces/ quaſi alas ĩ
pedibus habentes.

Aliptes vnctor. Et is erat cuiꝰ curę tradebãtur hi qui ĩ
ſacris certaminibus pugnarent. Dictus απο του
αλειφοιρ:id eſt vngẽdo. αλειφο: vngo. Aliphe vn/
ctio ſiue pingue dicitur: tñ grece dicitur αλειφαρ
αλειφατοσ καὶ αλλειμμα. Mar. Nec capit ĩ/
meritas ſordibus vnctor opes. Dicit̃ etiã aliptes:q̃
vulnera curat. At medicus qui mala valẽtibus et in
lecto iacentibus medet̃ Clinicus appellatur. Itẽ ali
ptes fuit fons apud Epheſum.

Allia generis fę.nomen fluuij: qui e cruſtumijs monti/
bus prealto defluens alueo Tiberino amni miſcet̃.
xj.ab vrbe lapide:vbi magna ſtrage romani a gal/
lis ꝓfligati ſunt. Hinc Allienſis dies dictus eſt tãꝙ̃
infauſtus. Huius nois prima ſemp producit̃. Syl.
Maior et horrificis ſeſe extulit allia ripis. Ouidiꝰ.
Hęc erat in faſtis cui dat grauis allia nomẽ. Luc. Et
dãnata diu romanis allia faſtis. Sic Virg᷒.lib. vij.
Quoſq; ſecãs infauſtũ iterluit allia nomẽ. Ubi Ser
ius dicit aliud l.eſſe interpoſitũ. Nã ꝙ Luca. libro
vij.dicat. Nõ iſtas habuit pugnę pharſalia ꝑtes:q̃s
alię clades. Nõ de flumine allia intelligẽdũ eſt:cum
ibi oſtẽdat omes clades quas romani ſuperioribꝰ tẽ/
poribus paſſi ſunt:nõ eſſe cum pharſalica clade cõ/
parãdas/quę al's ſuperauit. Alię igitur cum ibi ꝑma
correpta ſit/eſt ab alius a.aliud.

Alliũ genus holeris qð comedit̃:quod nomẽ quidã ab
olendo/quidã ab halãdo deriuãt. De hoc infra cum
ab halãdo aſpirari debeat. Silr ⁊ haleatũ grecę dici
tur σκοροδρον et σκοροδριον:purgamẽta allij.
Eſt ⁊ hoc noie vrbs inter Pyrgũ et Oſtiã.

Alliatum:ab allio pulmentarij:et intinctus genus eſt.
Plautus. Sine alliato fungi fortunas meas. Aſcẽ.
Ego ſic intelligo. Sine.i.ꝑmitte:mihi alliato.i.allio
nutrito aut illito ⁊c̃.

Alo is.lui.alitũ. Unde alitus vel altus: ſignificat nu/
trio/alimentis ſuſtento. Saluſt.in Iug. Et omnẽ ęta
tem arpini altus. In rebus tñ incorporeis Alere fre/
quentius pro creſcere ponitur. Quinti. Sed alere fa
cundias: vires augere eloquẽtię. Virg᷒. Hos ſucceſ
ſus alit.i.augeſcere facit. Et licet altum vel alitũ ſupi
num faciat:tñ vt docet Diom.melius dicit̃ alitus ꝙ̃
altus/vitãdę ambiguitatis gratia.

Alimentũ qð dat̃ ad vitę ſuſtentationẽ. Scribunt iure
cõſulti alimentis legatis/cibaria ⁊ veſtitus ⁊ habita
tio debebit̃:q2 ſine his ali corpus nõ poteſt.

Alimẽtarius a.um.quod ad alimentũ ꝑtinet: vt lex ali/
mentaria:quę ꝓuidebat vt filij alerẽt parentes.

Alimonia pe.cor.idẽ quod alimentũ.

Alma:ſancta ſiue pulchra vel alẽs:ab alẽdo dicta.

Altilis/et in plurali altilia:pe.cor. quicq̃d domi vel in
villis vel in viuarijs ſaginatur:ſiue ſit auis ſiue qua/
drupes ſiue piſcis:ab alẽdo/q̃ſi alitilis. Et nõ ſolũ ꝓ
pingui/ſed etiã ꝓ opulento ponit̃. Plau.ĩ Ciſ. Pro
hibet diuitijs maximis dote altili atq; opima.

Alumnus dicit̃ filius vel diſcipulus:qui ab aliquo ve/
lut a patre alitur:ſiue victu/ſiue moribus/ſiue doctri
na. Cice. Dolobelle. Mihi ꝟo glorioſũ te iuuenẽ cõ
ſulẽ florere laudibus/ quaſi alumnũ diſciplinę meę.
Idẽ in ver. Italia autẽ alumnũ ſuũ ſeruitutis extre/
Anibal nomen viri carthaginenſis in re militari preſtantiſſimi: qui cum minor vigintiquinqꝫ annis eſſet: Imperator electus Hiſpaniā bello ſubegit. Alpes tranſiuit: que inuie videbantur. Romanorum duces tribus prelijs vicit. Romanoſqꝫ maxima clade apud cānas affecit. Grece tñ dicitur. αρειβασ ἄρειβαυ.

Anquirere circūquerere eſt.

Anquina penultima producta: funis: nauis: quo ad malum atenna cōſtringitnr. De qua Cinna. Atqꝫ anquina regat ſtabilem fortiſſima curſu.

Anquiromachus penultima correpta genꝰ nauigij dictus: ꝙ celeritate ſui anchoris et inſtrumentis reliquis nauiū vehendi ſit aptus.

Anſa vaſis auris vtrinqꝫ prominens: qua. ſ. manibus teneri ſolet. Virgilius. Et grauis attrita pendebat cantharus anſa. Ponitur quandoqꝫ pro fibula: ſeu fixula que calceis inſuitur. Tibul. Anſaqꝫ compreſſos alligat arta pedes.

Anſula diminutiuū ab anſa: quo vſus eſt Auguſtinus libro. viij. con. pro annulo: quo fiunt cathene licet per tranſlationem. Ex voluntate (inquit) peruerſa facta eſt libido. Et dum ſeruitur libidini: facta eſt conſuetudo. Et dum conſuetudini non reſiſtitur/ facta eſt neceſſitas: quibus quaſi anſulis quibuſdam ſibimet innexis: vnde cathenam appellaui tenebat me obſtrictum dura ſeruitute.

Anſanctus dicitur omni ex parte ſanctus.

Anſer: ocha ab anatando. auis eſt/ que nocturnas excubas celebrat. Vigilias enim ſuas cantus aſſiduitate teſtatur. Hinc anſerinus na num. Plinius. Tubera et quecunqꝫ emolliri opus ſit: efficaciſſime anſerino adipe curantur.

Antandros phrygie vrbs ad meridieꝫ poſita quam habitauere leleges finitimi cilicibus aborigines olim cum habitarēt acarnaniam a duce lelege/ leleges appellati ſunt. Et ab eius nepote Teleboo Teleboi. Hi migrauerunt in Aſiam ⁊ dicti fuere Cares. Sed de hoc latius in dictione leleges. De hac Virgilius Claſſemqꝫ ſub ipſa antandro. Antandrum vero ſaxum magis qꝫ inſula inter Tenedum et Chium: qua Aegeus ſinus panditur a dextera nauigantibus.

Antacites: penultima correpta: amnis aſie: a quo piſces antacei ſalſamentum nobile. Importantur antacei ⁊ ex boryſthene vt inquit Herodotus.

Ante: modo aduerbiuꝫ: modo prepoſitio eſt: aduerbiū quando nulli deſeruit caſui: et ſignificat antea. Virgilius Ante leues ergo paſcentur in ethere cerui. Hoc accidit enim multis prepoſitionibus. Nec mirum quando aduerbijs etiam quibuſdam liceat vim prepoſitionis aſſumere: vt pridie nonas. Itaqꝫ apud: circum/ ante/ poſt/ et relique tunc prepoſitiones iure appellantur: quando caſibus adiuncte tranſitionem facere oſtenduntur/ quod eſt proprium ipſarū. Quādo vero ſine caſibus ſunt aduerbia. Sed cum eſt prepoſitio ſeperari et componi ſolet. Separata quandoqꝫ perſonam: quandoqꝫ locum: quādoqꝫ tempus denotat: vt ante ora parentum: ante templum: ante duos annos. Compoſita plerumqꝫ ſignificat: et componitur cum dictione incipiente a c. vt antecapio. e: vt anteeo. f. vt antefero. g. vt antegradior. l. vt antelucanus. p. vt antepono. ſ. vt anteſto. Ab ante fiunt deriuatiua: vt Antica/ Antiquus/ antes/ antenna/ et huiuſmodi.

Anti prepoſitio greca que in compoſitione plerumqꝫ contradicit: et aliquando ſignificat re. et aliquando pro. Extra compoſitionem conſtruitur apud eos cuꝫ genitiuo. Et tunc apud nos ſignificat pro.

Anterius: antehac et ab hoc tempore. Fit enim ab ante ſicut a poſt poſterius: ⁊ a ſub ſubterius quo vſus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt Boetius. Sidonius ad Domitiū. Que nā potiſſimā anterius e aulibus noſtris culina fumaret.
Ante alios: ſuper alios: plus aliis: prius aliis: vel preter alios.
Anteambulo as. Uide in dictione ambulo.
Antarcticus: penultima correpta quartus circulus celi eo ꝙ contrarius ſit circulo quem arcticon nominamus. A noſtris dicitur polus meridionalis.
Ante. arum tantum pluraliter: oſtiorum latera dicuntur a quibus antipagmenta.
Antea aduerbium eiuſdem ſignificationis cuȝ ante: cōponitur ex ante et ea/ vt oſtendit Priſcianus: q̄uis tantum tempus denotet.
Anteeo is: tam datiuo q̄ accuſatiuo iungitur: et ſignificat ante vado: precello. Plau. in Am. Uirtus omnibus rebus anteit. Saluſtius in Jugur. Et cum omnis gloria anteiret: omnibus tn̄ charus erat.
Anteos apud nos idem eſt quod contrarius: propriuȝ nomen gigantis terre filii: magno ac procero corpore in libya apud lixum oppidum a flumine mauritanie eiuſdē nominis ita vocatū: q̄ locus Antei regio dr: robore ac fortitudīe nemini cedētis. Quotiēs mēbra labore defecta tactu terre eſſent recreabant̄ quē Hercules paleſtra pectori aſtrictū expirare coegit.
Antarium: bellum qđ ante vrbem geritur.
Antecapio is: preuenio/ anticipo. Saluſtius. Conſul optimuȝ factu ratus: nocte que inſtabat antecapere ne quid ſpacio nouaretur.
Antecedo penultima producta: precedo/ anteuado/ et conſtruitur tam cum accuſatiuo q̄ cum datiuo. Decius Brutus Ciceroni. Biduo me Antonius anteceſſit itinere: multo maiora fugiens q̄ ego ſequeus. Cicero pro archia Celeriter antecedere omnibus ingeniis contigit.
Antecello idem eſt quod precello. Cicero pro Cornelio. Qui eloquētia ceteris antecellis.
Antecenium: cibus qui ante cenam ſumitur. Uulgo merenda.
Antefero: penultima correpta. antepono. Cicero. Cecinne. Cum vel iniquiſſimam pacem iuſtiſſimo bello anteferam. Ambro. Fuit ſapientie deo credere nec filii gratiam anteferre authoris precepto.
Antefixa dicuntur que ex opere figulino: ſub tectis affiguntur ſub ſtillicidio.
Antegradior: anteuado. Cice. Quicquid eſt qđ deceat id apparet cum antegreſſa eſt honeſtas.
Antegradior: veteres pro valde ⁊ pro ſtatim vtebant̄ quaſi anteq̄ res gereretur.
Antehac: non modo ſignificat ante hoc: vt Terentius in And. Nam quod antehac fecit nihil ad me attinet id eſt ante hoc tempus ſiue hactenus vel vſq̄ modo ſed etiam ante illud tempus: ſicut poſt hac non tantum poſt hoc: verū etiam poſt illud tempus. Saluſt. Sic erat accēſa libidine vt ſepius peteret viros q̄ peteretur: ſed ea ſpe antehac fidē ꝑdiderat.
Antilena: qua pectus iumenti cingitur: ſicut poſtilena que ſub cauda ponitur
Anteloquor: prius loquor: a quo antiloquium primus in dicendo locus/ ſiue prior locutio. Macrobius. Hic aſſenſi omnes pretextato anteloquiū detulerūt.
Anteluco/ antelucas/ ſiue antelucor penul. producta ſignificat ante lucē vigilo.
Antelucanus antelucana antelucanū: quod eſt ante lucem. Cice. M. Catoni. Ex antelucano tempore vſq̄ ad horam diei decimam magna multitudine hoſtium occiſa. Jtem contra Catil. Quorum omnis induſtria vite et vigilandi labor in antelucanis cenis exprimit̄
Antelucani venti qui aut ex fluminibus aut ex aliquo ſinu feruntur.
Antica. Uide in dictione poſtica.

Anticatones dicti ſunt duo libri quos Ceſar contra Catonem ſcripſit. Suetonius. Reliquit et de analogia duos libros: et anticatones totidem: nomen eſt compoſitum ex greco et latino. Nam vt Quintilia. inquit. Ex peregrino et noſtro componuntur dictiones: vt epitogiū ⁊ anticato.
Antemalorum: gyphen eſt. id eſt ſubunio: quia ſub vno accentu due dictiones proferuntur. Eſt enim vnitas quaſi cōpoſitio. Nam ſignificat preteritorū malorum.
Antemon: penultima producta: velum quod poteſt facilius obliquari: quo naute in ſummo tempeſtatis diſcrimine vtuntur.
Antemne: cum m. ante n. vrbs ante amnē dicta: ꝙ eam amnis preterfluat. De qua Uir. lib. vii. Antemneq̄ tegmina tuta cauant capitum.
Antenna: ꝑ duplex nn. lignuȝ ꝑ trāſuerſum in malo poſitum in quo velum alligatur: a circūtenendo dicta. Plinius libro. j. Non antennas ſolum: verum ipſa nauigia contorta frangens.
Ante oculos minus eſt q̄ coram. Nam coram proximitatem ſignificat: Ante oculos poteſt etiam longe intelligi. Terentius in Eu. Que mihi ante oculos coram.
Antae: lapides ſunt qui vtrūq̄ latus oſtii muniūt. alio nomine paraſtade authore Uictruuio.
Antes nomen ab ante deductum: quo ſignificātur eminentes lapides: ſiue vltime columne quadrate quibus ſuſtinetur fabrica. Hinc dicti videntur antiani magiſtratus in vrbibus: qui ſemeſtrem magiſtratum exercent qui velut antes columne totius vrbis onere incumbente eam ſuſtinent: ad quam ethymologiam etiam extremos ordines vinearum poſſumus trahere qui anteſtant. Uirgi. li. ii. Georg. Jam canit extremos effetus vinitor antes. Alii macerias accipiunt quibus vineta clauduntur que fiunt de ſiccis lapidibus: ſic dicte a lapidibus eminētioribus qui interponūtur ad maceriā ſuſtentandā.
Antepono is: prefero. Cice. in Lel. Ut amicitiam omnibus rebus anteponatis.
Anteſignanus: ſignorum hoc eſt vexillorum propugnator ſiue defenſor. Nam ſignum pro vexillo ponitur. Liuius lib. iiii. Signa nunc reſiſtentia deferuntur ab anteſignanis: nunc inter ſuos manipulos recipiuntur. Signifer eſt qui vexillum defert. Jdeo Liuius ibi nō ſolum de anteſignanis ſed ſignifero ita loquitur. Jta primo ſtatim prelio cum dictator equitatum immiſſo anteſignanos hoſtium turbaſſet legionum: inde ſigna inferri ꝓpe iuſſit: ſigniferūq̄ ex ſuis vnuȝ cunctantem occidit.
Anteſto as: cum datiuo conſtruitur. Gel. lib. ix. Qui et viribus et magnitudine et adoleſcentia ſimulq̄ virtute ceteris anteſtabat: id eſt antecellebat. Sed hoc per tranſlationē. Nam proprie ſignificat ſicut ſonat. Unde antiſtes ⁊ antiſtitor.
Antiſtes antiſtitis: ex ante ⁊ ſto/ tam feminini q̄ maſculini generis/ qui in aliqua re excellit: vt ſi dicamus Cicero eloquentie antiſtes: quaſi ante ſtans princeps. Ualerius maximus lib. j. Ne dee vetuſtis ritibus perita deeſſet antiſtes. Liuius lib. j. Poticii ab Euandro edocti antiſtites ſacri.
Antiſtitor penultima correpta: quaſi anteſtator. Colu. lib. iiii. Neq̄ enim ſingulis totideȝ antiſtitores poſſit dare qui obſeruent quiq̄ precipiant ne acerbe vue demetantur.
Anteſtor aris: ante iudicem ſtatuo.
Antepagmenta ſunt valuarum ornamenta ꝙ ante valuas appingantur. i. affigantur vel appingant̄ antis
Anteexpectatū tota vna dictio aduerbium ⁊ ſignificat anteq̄ expectaret̄ eius aduētus. Uirgi. li. iiii. Geor. Anteexpectatū poſitis ſtat in agmine caſtris.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Anteuenio/preuenio. Saluſt. in Jugur. Ac per tramites occultos exercitum metelli anteuenit. Plau. in Tri. datiuo iunxit pro coram: venio tempori huic hodie anteueni.

Anteuerto/precedo/preuenio/anticipo. Cicero in Lel. Idipſum cum tecum agere conarer Fannius anteuertit. i. prefatus eſt. Ambro. ad Simplicianuz. Ita mens boni ſpeculatrix ↄſilioꝝ ſuoꝝ eſt: priuſqz examinat quid decoruz atqz honeſtum. Iniquitas ꝟo ope cogitationem anteuertit.

Anteurbanus a um. qđ eſt vrbi propinquū. Unde anteurbana predia dicūtur vrbi propinqua.

Anticipo as penul. corre. antecapio/preuenio: vt eſt illud Strictior eoos ꝓceſſerat aura iugales Aeſtiuuz ſuadens anticipare diem.

Antie ſunt muliebres capilli in fronte demiſſi ꝙ ante faciem ſiti ſint.

Anthinum mel vocatur qđ vere factū eſt: quum ex floribus faui conſtruantur: quos greci τα ανθρα appellant: Uel ꝟo eſtiuum vocatur horeum: ꝙ greci omnes fructus eſtiuos nominãt horeos: quoniam id tempus per excellentiam horam vocant.

Antium: vrbs latij volſcorum caput Romanorū colonia: dictum ꝙ ante alias vrbes in ipſo littore ſita ſit. ad ocium: rerumqz vrbanaꝝ vocationē accōmodata

Antidotum penultima correpta: ex cōtrario datum remedium ſiue medicamentū qđ contra venena datur Nam ⁊ ipſa antidota fere venena ſunt: vt ſit antidotum quaſi venenū cōtra venenū εξ αντι και διδωμαι. Nam contraria contrarijs curantur. Quintil. lib. vij. Tyrānus ſuſpicatus a medico ſuo datum ſibi venenū torſit euz. Et cum id dediſſe ſe negaret: acceſſit alterum medicū: ille datum ei venenū dixit: ſed ſe antidotū daturum. Dicitur ⁊ antidotus genere feminino. Gel. lib. xiiij. Huius regis antidotus celebratiſſima que Mitridates vocatur. Hiero. contra Rufinum. Apud medicos quoqz ꝗdaz antidotus noxios humores temperās ex amaritudine nominatur que dulcis oſtenditur.

Antidotarius liber in quo de antidotis tractatur.

Antidoſis: latine retributio. Significat em̄ quicq̄d alicui ex aduerſo datur. εξ διδωμαι. μ. δωσω.

Antipodoſis. Item retributio ex anti ⁊ apo que re indicant et doſis datio. Figura eſt cū media primis et vltimis cōueniunt: vt veſtrum hoc factum reprendo P. C. non meū: ac pulcherrimū quidē factū: verū vt dixi non meū ſed veſtrum.

Antibacchius: pes bacchio contrarius. Conſtat duabus longis et vltima breui: vt natura.

Antigenes penul. correp. nomen pueri ruſtici.

Antigenus nomen propriū regis macedonū.

Antilochus penultima correpta Neſtoris filius quez in bello troiano Mennon aurore filius interemit. Unde patris p̄ce mortᵘ Achilles Mēnona occidit.

Antigraphiū: latine exemplar dicitur.

Antilogia: dici poteſt contradictio/refragatio vel quaſi contraria oratio.

Antiaxona quaſi contra axem poſita anti contra αξισ axis/Greci αντιαξονα.

Antimachus penultima correpta cum ch. aſpirato nomen viri latine contra pugnans. Mache enim pugnam ſignificat.

Antiquus proprie vetus. Uirgilius. Antiquaſqz domos auiū: deductū vt Uarro docet: ab ante et euuz. Quoniaz vero que antiquiora ſunt fere meliora eſſe conſueuerūt: vt mores vinum ⁊ ſimilia. Plau. Qui vtuntur vino veteri ſapientes puto: et qui libēter veteres expectant fabulas. Ideo factum eſt: vt Antiq̄us quandoqz pro melius vſurpemus. Cicero in Lel. Hoc quidem eſt proprium amicitie ſed antiquior: ⁊ magis a natura profecta. Et antiquus ponit̄ pro nobili ac venerabili. Uirgi. Terra antiqua potens armis. Ab antiquus fit antiquitas pro vetuſtate. Antique ⁊ antiquitus aduerbia.

Antiquarius: rerum antiquarum peritus. Iuuenalis. Ignotoſqz mihi tenet antiquaria verſus. Item antiquarius dicitur qui verba ab vſu remota ⁊ cōmentarios pontificum ⁊ vetuſtiſſima federa et exoletos ſcrutatur authores vt ex his contrahat que non intelligantur: vt quedam ſolus ſcire videatur. Et antiquarius idem qđ antiquus et qui litteras antiquas ſcribit. Aug. ſuper Lucā. Quēadmodum qui videt litteras in codice optime ſcripto ⁊ non nouit legere laudat quidem antiquarij manum admirans apicum pulchritudinem: ſed neſcit quid ſibi velint illi apices

Antiquo as: euacuo aboleo: ⁊ ad ſtatum priſtinū reuoco. Liuius. Omniū reruz cauſa vobis antiquandas cenſeo iſtas rogationes. Et antiquare eſt confirmare Liuius. De plebeo ſenatn antiquabant.

Antiphates: penultima correpta nomen proprium regis leſtrigonum: De quo Uirgilius libro. vij. Et primū antiphaten: is enim ſe primus agebat. Dicitur ⁊ antiphateus.

Antiphona: penultima producta: non autem cor. vox reciproca: duobus choris alternatim pſallentibus. Antiphonas greci primi compoſuerunt: ⁊ apud Latinos diuus. Ambro. inſtituit. Ex hinc in cunctis regionibus occiduis vſus increbruit: ideo autez penultima eſt lōga quoniā eſt ω mega εξ αντι και φωνη vox contra cōmunē vſum ſic Jacobus: cōtra ꝟo Ambroſius ⁊ Gregorius. de quibus plura eſſent dicēda.

Antiphraſis penultima correpta: ſermo per contrariū intelligēdus: vt parce quia nemini parcant. Anti cōtra φρασισ locutio.

Antiſtrophe αντιστροφη dicit̄ cū inter cōiuncta duo que inter ſe pendeant ſit alterna conuerſio: vt ſeruᵘ dn̄i/ ⁊ dn̄s ſerui.

Antipariſtaſis penultima correpta a grecis dicitur: ꝓ quā vbi calidum eſt inde frigus accedit. Ubi frigidū eſt: inde calor expellitur. Hinc putei per hibernū tēpus calent: quia illo ſe calor contulit: cedens frigori ſuperiora poſſidenti.

Antipodes penul. correpta: dicunt̄ qui ↄtra nos poſitī ſunt cōtrarijs veſtigijs quos tamen Aug. lib. xvj. de ciui. dei negat eſſe ſic ſcribens. Qui ꝟo ⁊ antipodas eſſe fabulantur. i. homines a contraria parte vbi ſol oritur quādo occidit nobis aduerſa pedibus noſtris calcare veſtigia/nulla ratione credendū eſt.

Antiptoſis penultima producta latine dici poteſt pro caſu. Figura quando caſus pro caſu ponitur: vt Urbem quā ſtatuo veſtra eſt. Componit̄ enim ex anti. ꝓ πτωσισ caſus ab πιπτω και εν τω παρακειμενω πεπτωκα.

Antitheſis: pe. cor. Figura cum vna littera ponitur ꝓ alia: vt olli pro illi. Cōponitur em̄ ab αντι quod eſt pro: et θεσισ poſitio quaſi pro altero poſitio.

Antiſtechon: item dicitur pro littera. Nam anti pro et ſtechon littera: vt ſella pro ſedda: et magalia pro magaria l. pro r. Nam magal pro magar dicitur qđ penoꝝ liugua villam deſignat: grece. αντιστοιχειον

Antitheton: penultima correpta/obiectū vel cōtra poſitum. Figura cum contrarijs opponunt̄ contraria: vt apud Ouidiū. Frigida pugnabant calidis: humētia ſiccis. Mollia cum duris: ſine pondere habentia pondus. Nam anti/pro vel contra theton poſitum. Perſius. Carmina raſis librat in antithetis doctas poſuiſſe figuras. Auguſti. lib. xj. de ciui. dei. Antitheta que appellantur in ornamētis elocutionis ſunt decentiſſima: que latine appellantur oppoſita: vel qđ expreſſius dicitur contrapoſita: vt apud apoſtolum.

per arma iuſticię a dextris ⁊ a ſiniſtris: per gloriam
et ignobilitatem ab ἀντι και τιθημι.

Anthypophora pe.cor. Figura q̄ fit cū tacite obiectioni
reſpondetur. Nam anti contra hypophero ſubduco
vel ſuffero: quaſi contraria ſubductio.

Antiſthenes: penultima correpta nomen philoſophi ⁊
contra valentiam ſignificat. Hic cum glorioſe docuiſ
ſet rhetoricā audiſſetqꝫ Socratē: dixiſſe fert̄ ad diſci/
pulos. Abite ⁊ magiſtrum querite. Ego em̄ iam rep
peri. Statimqꝫ venditis quę habebat ⁊ publice di/
ſtributis: nihil ſibi pluſqꝫ palliolū reſeruauit.

Antitypum: penultima correpta: latine exemplar: ſimi
lis formę vel contrariū.

Anticyra penultima correpta: inſula ad ſinū adiacens
Maliacum ⁊ Oetam montez cuius meminit Stra.
lib. ix. vbi authorę Pli. Elleborum tutiſſime ſumitur
Ouidius li. iiij. de pon. I bibe dixiſſez purgātes pe
ctora ſuccos Quicquid ⁊ i tota naſcitur anticyra. Vn̄
quotiens inſanum hominē ſignificare voluerunt an/
ticyra egere ſcribunt. Hora. in ar. poę. Si tribus an/
ticyris caput inſanabile nūqꝫ Tonſori licino cōmiſe/
rit. Eſt ⁊ anticyra ciuitas iuxta Cirrham in phocide
regione in corinthum conuerſa ſinum: ab anticyreo
q̄daz Herculis ętate Capariſſus ab Homero dicta.

Antipater: penultima correpta nomen ꝓprium poetę.
Sidonij. Fuere ⁊ alij hoc nomīe vocati. Hic antipa
ter nobili epygrāmate in ſapho decimam inter mu/
ſas eam coaptat.

Antinous ęgypti ciuitas ab Adriani Amaſio ſic dicta
vt ſcribit Hierony. lib. contra Iouinianū.

Anteus gigas libycus quē Hercules occidit: hunc fa/
bulę fingūt quaſi filius terrę fuerit: propter q̄d cadēs
in terram fortior ſoleret aſſurgere.

Antheus cum h. vnus fuit ex Aeneę ducib⁹. Virgili⁹.
Anthea ſergeſtūqꝫ vocat.

Antipathea: diſcordia ſicut Sympatea concordia no/
bilium vt docet Pli. lib. xxxiij. υπάτος conſul.

Antypathus latine proconſul.

Antonomaſia cum accentu in penultima dici poteſt ꝓ
nomine. i. vice nominis poſitio. Diome. Antonoma
ſia eſt vocabulum q̄d ſine nomine poſitum loco eius
fungitur: vt eſt Arma virumqꝫ cano: vbi intelligitur
Aeneas. Fit autem tribus modis. Ab animo: vt ma
gnanimus anchiſiades. i. Aeneas. A corpore: vt ipē
arduus. i. Polyphem⁹. Extrinſecus: vt Infęlix puer
atqꝫ impar cōgreſſus Achilli: hoc eſt Troilus: inde
antonomaſticos denominatiue.

Antiochus nomen proprium regis Syrię Seleuci re
gis filij. Fuere ⁊ alij Antiochi Syrię reges. Fuit et
alius Anthiochus Aſcalonita philoſophus Cicero
nis Brutiqꝫ pręceptor.

Antiochia vrbs in Syria quę prius Metropolis Epi
phane ⁊ reblata ab alijs Theopolis: hoc eſt dei ciui/
tas appellata. Hanc Seleucus nicanor in ſuorum
memoriam condidit olympiade. cxix. quam orontes
fluuius interfluit ab occidētali regione: lauat męnia
eius farfar fluuius. Alia eſt antiochia ad perſicuz lit
tus ab Antiocho cui ſother cognomen fuit condita
Ab Antiochia fiunt adiectiua Antiochenus ⁊ An/
thiocenſis.

Antoniorum familia Romę nobiliſſima vetuſtiſſima
qꝫ fuit: vtpote quę ab Antone Herculis filio ⁊ nomi
nata ⁊ oriunda prodit̄.

Anthropus penultima producta. Nam gręce ανϑρω/
πος οϊαρω και τροπη latine homo dicit̄.

Anthropophagi populi Scythię qui humana carne
veſcuntur φαγω enim comedo ſignificat. Hi po/
puli ſunt ad orientem ac ſeptentrionez Maſſagetis:
⁊ circa hos triſtiſſima ſolitudo ⁊ mare quod Tabin
vocant.

Anthropophormitę dicti ſunt qui ſimplicitate ruſtica
deum habere membra arbitrantur. Vnde ⁊ anthro/
pophormitica hęreſis.

Anthraces penultima producta: latine carbones. An/
thraceus carbonarius. Anthracia pruna. Anthraci/
nus color niger: a carbone ꝙ carboni ſimilis ſit: ſiue
ꝙ huiuſmodi color ſit ex tritis in mortario carboni/
bus. Var. de vi. pa. Propinquę adoleſcentulę ⁊ iam
anthracinis proximo amiculo nigello capillo demiſ/
ſo ſequūtur luctū. Rurſus Anthrax ſicut ſcribit Hie
ronymus ad Dama. genus eſt lapidis fulgidi atqꝫ lu
centis quem nos carbunculū interprętamur: ⁊ quē in
duodecim lapidibus inuenimus.

Antlia e. machinula ad hauriendam aquam excogita/
ta. Nam αντλειν latine haurire dicitur. Mar. Cu/
ra laboratas antlia tollit aquas. Et Feſtus antlare
haurire a gręco αντλαω και ενθεν το άντλημα
καλεομεν deſcendit. Liuius. Florem antlabant li
beri ex carcheſijs.

Antrum: crypta latine ſpecus vel cauerna quaſi atrum
vt inquit Ambro. lib. Hexa. ꝙ atro inhorreſcat ſitu
atqꝫ offuſcatione tenebrarum. Nam antrum vocant
ingentem quandam concauitatem in vrbem ductam
ſed miror cur tantus vir dictiunculā etiam puerulis
manifeſtā gręcā τὸ αντρὸν του αντρου latinam
eſſe voluerit: neqꝫ ſudaz citare aut alios gręcos opor
tere. Eſt etiam nomen fluminis in Britannia.

Antus animal: de quo Plinius lib. x. ſcribit ꝙ equoruz
hinnitus imitetur.

Anubis: penultima ꝓducta genitiuū facit anubis vel
idis ⁊ lingua ęgyptiaca dicitur canis in cuius forma
colebatur Mercurius vt inquit Ser. Virg. Omni/
genūqꝫ deū mōſtra ⁊ latrator anubis. Ouidius ſine
titulo. Per tua ſacra pręcor per anubidis ora verēdi
Dio. ſcribit anubim filium fuiſſe Oſiridis qui canem
geſtabat tanqꝫ armorū inſignia. Ex quo ęgyptij canē
venerant̄ ⁊ anubim deū canino capite effingunt.

Anxius ſollicitus męſtus ab ἄγχω μ ἄγξω Vnde
anxietas et anxietudo de quibus ſupra.

Antifex. penul. correpta quaſi angorem anxietatemqꝫ
ferens. Cice. lib. ij. Tuſcu. Nunc dolorū anxiferi tor/
quent vertices: nunc ſerpit ardor.

Anxirus penultima correpta dicit̄ quaſi abſqꝫ raſura
ab α ſine ⁊ ξυρεύω rado. Nam imberbis a Cam
panis colebatur Iupiter. n interponitur ad eupho/
niam vt αμβροσια.

Anxor tam maſ. qꝫ neu. gene. vrbs eſt quam olim Tra/
chinam nunc Tarracinā dicūt Mar. Siue ſalutife/
ris candidus anxur aquis. Hora. Milia tum pranſi
tria repſimus atqꝫ ſubimus Impoſitū ſaxis late can
dentibus anxur. Dicitur autem anxur: vt Seruius
docet q̄r illic colebatur Iupiter anxurus quaſi ανευ
id eſt ſine: ⁊ ξυρος nouacula q̄r barbā nunqꝫ raſiſſet

Anyger ⁊ anygrus fluuius theſſalię. De quo Ouidius
Fundit anygrus aquas.

Anypodetos ανυποδητους gręci vocant qui pedē
bus ſunt nudis.

## A ante O

Aonia regio Thracię ab Aone rege Neptuni filio di/
cta: quem factione ſuorum ex apulia pulſum in Boę
tiam tradunt veniſſe: ac de ſuo nomine montanam
regionē Boetię vocitaſſe Aoniā Aoneſqꝫ eius mon/
tes dicūtur. Hinc Aonius aonia um. Ouidius. Se/
parat aonios acteis phocis ab aruis. Similiter Ao/
nides patronymicū a poſſeſſiuo. Iuue. Aptuſqꝫ bi/
bendis fontibus aonidum.

Aorſi populi nō procul Iaxarte fluuio: qua in hyrcanū
mare influit vt inquit Ptolemeus. Alios Plinius
in Europa collocat aorſos. Scribit Strabo Aor/

ſos thanaim accoluiſſe.
Aornos:fuit petra apud Indos preceps ⁊ inuia:mo/
numentis hiſtoricorū celebrata quaſi auibus inacceſ
ſa. A enim priuationē ſignificat ορροσ auem. Scri
bit Plut. Alexandrum cum intellexiſſet hanc petraꝫ
teneri ab homine meticuloſo dixiſſe: nunc locus iſte
facillimus eſt captu.

## A Ante P

Apamea:inſula eſt a Tygri fluuio circūfuſa ſic dicta vt
ſcribit Plinius ab Antiochi matre. Eſt et Apamea
bithynię oppidū:quā Nicomedes cognomēto Epi/
phanes Pruſij regis filius de matris Apames noīe
Apameam vocari voluit. quę Myrlea a myrlo co/
lophoniorū duce dicebatur.
Apamia cum i vrbs minoris aſię eſt: ⁊ vna phrygiarū
vrbium maxima fuit. Urbs fuit nomīe Celenis qua
deſtructa Anthiochus ſoter homines trāſtulit in eā
quę poſtea Apamia dicta eſt ⁊ vrbem appellauit de
nomine matris Apamie Artabazi filię quę Seleuco
nicanori nupta fuit. Eſt ⁊ alia vrbs eius nominis in
parthia.
Apageſis pe.cor.aduerbiū gręcum comicū familiari/
ter corripientis eſt qđ ſignificat abduc ſi vis ⁊ remo/
ue. Apul. Apageſis iam cruentos deos.
Apanthropos penulti.producta:latine inhumanus di
citur. Apanthropia inhumanitas.
Apella dici poteſt ſine pelle. Quo noīe vocati ſunt iu/
dei circūciſi. Hor.li.Ser. Credat iudeus appella.
Appelles is:vel etis ſm Priſcianū nomen pictoris exi
mij patria Coi.qui oēs prios genitos futuroſq́ʒ po/
ſtea ſuperauit: ⁊ picturę plura ſolus prope contulit
q̄ʒ cęteri. Fertur Alexandrum macedonē a nullo pin
gi voluiſſe q̄ʒ ab appelle. De hoc Ouidius. Si nūq́ʒ
Uenerem Cous pinxiſſet appelles: Merſa ſub equo
reis illa lateret aquis.
Apenninus per duplex nn. a penna quę eſt ſummitas
Uel apęninus cum oe diph. vt ſcribit Ser. quaſi al/
pes pęni quem Annibal primus ſuperauit. Hic Ita
liam diuiſit incipitq́ʒ a Genua ⁊ ſupra carnos incum
bit. Liuius lib.xxj. Pęninū dicit diſputans.
Aper porcus ſylueſter:ab αφροσ ſpuma ꝙ ſpumam
ore emittat. Uel dicit̄ a feritate quaſi aſper ꝙ hirſu/
tus ſit:ſeu ꝙ in locis aſperis habitet: vt inq̄t Uar.
Aperio:ex ad ⁊ pario vt inquit Priſ.abiecta d.qr ad ſe
quente p.nunq́ʒ abijcitur. Et ſignificat patefacio Te
rētius. Fores aperi. Habetq́ʒ a cor. Iuue. Protulit
vt mons eſt et aperta palluit agna. Quandoq́ʒ dete/
go: Hinc Macro.ait Iuniores ſolitos eſſe non tam
honoris q̄ʒ valitudinis cauſa maioribus caput aperi
re. Statius. Sic fatus apto enſe vocat ſocios. Per
tranſlationem aperire ponitur pro exponere. Plau.
Age iam: ⁊ hoc enigma aperi nobis. Item pro nu/
dare. Cice. Uerentur enim:ne ſi quo caſu acciderit:
vt partes corporis quędam aperiantur: aſpiciantur
non decorę. Item pro vulnerare. Iuue. Fuſte aperi/
re caput cādelam apponere valuis. Huius verbi cō/
poſita ſunt adaperio:qđ eſt valde aperio. A quo ad/
pertile penultima correpta qđ aperit̄ vel aperiri pōt
vt verſatilis axis qui verſat̄ vel verſari poteſt. Oui/
dius de triſ. Apicis a dextra latus hoc adaptile tauri
Exaperio:foras vel valde aperio.
Apeſus untis. montis nomen eſt qui nemeę ſupiacet:
vbi Theſeus Ioui primū operatus creditur. Dictꝰ
ab heroe. cui Apheſas nomen erat. Pap. Mons
erat audaci ſeductus in ęthera dorſo Nomine lernei
dicunt apeſunta coloni Gentibus argolicis olim ſa/
cer. Ab hoc monte apeſuntius Iupiter dictus fuit.
Apes vel potius apis in noīatiuo ſingulari Col.lib.x.
Nam quāto grandior apis atq́ʒ rotūdior tāto peior.
Ouidiꝰ li.xiij. Meta. Non apis inde tulit collectos
ſedula flores. Hoc nomen compoſitū exiſtimāt plę/
riq́ʒ ab a ſine ⁊ pes: ꝙ ſine pedibus naſci videatur id
genus volucris. Dicente Uirgi. Trunca pedū pri/
mo. Sed cū non ſeruet analogiā: ſicut cętera cōpoſi/
ta: Bipes edis:tripes edis:compes edis:magis ſim
plex iudicandū eſt. Creātur apes ex bobus ſicut ſca/
brones ex equis:fuci ex mulis: veſpę ex aſinis
Apis idis:vel apis apud ęgyptios bos dicitur qui ⁊ p
numine colitur. Luc. Et ſacer in cineres magni ma/
ctabitur apis. Hinc etiā dictus eſt ſerapis:a quibuſ/
dam Oſiris. Aug.lib.xviij.de ciuita.dei. Rex argi/
uorū apis nauibus tranſuectus in ęgyptū cū ibi mor
tuus fuiſſet factꝰ eſt Serapis:omniū maximus egy/
ptioꝝ deus. Noīs autē huius cur nō apis etiaꝫ poſt
mortē/ſed Serapis appellatus ſit/facillimā rationē
Uarro reddit. Quia eñ arca in qua mortuus ponit̄
qđ oēs iam ſarcophagū vocāt. σοροσ ſoros dicit̄
gręce/⁊ ibi eū ſepultū venerari cęperunt priuſq́ʒ tem
plū eius eſſet extructum velut ſoroſapis vel ſorapis
primo:deinde vna littera vt fieri ſolet cōmutata ſera
pis dictus eſt. Ille autem quē mirabili vanitate dece
pta ęgyptus in honorē eius diuitijs affluētibꝰ alebat
qm̄ eū ſine ſarcophago viuū venerabatur apis nō ſe/
rapis vocabatur: Quo boue mortuo quoniā quęre/
batur et reperiebat̄ vitulus coloris eiuſdem:mirum
quoddā ⁊ diuinitus ſibi procuratū eſſe credebāt. Eſt
etiam apis vicus in aphrica: quia nobilis religione
ęgypti locus eſſet.
Apianus a um.quod apes auide ſumūt. Unde apianę
vuę dictę ſunt q̄s vt inq̄t Col.muſcę inſectantur: nūc
vulgo a muſcis muſcatellę dicunt̄. Gręci ſticā vocāt
etiam a quodam ſapore quaſi caſtorio. Pli.lib.xiiij.
Apianę apes dedere cognomē pręcipue eaꝝ auide.
Apiarius qui curat ſiue qui poſſidet apes. Pli.lib.xxj.
Prouētū eñ ſperāt apiarij large floreſcēte thymo.
Apiariū:locus vbi apes cōſident:hoc eſt vbi aluei apū
tenentur:qđ meliſſon a meliſſis:hoc eſt apibus etiaꝫ
⁊ mellariū nominat̄. Col.lib.x. Non eſt dubitandū
quin ędificio iunctū apium maceria circūdemus ſed
in ea pte quę tetris latrinę ſterquilinijſq́ʒ ⁊ balnei odo
ribus libera eſt.
Apiculo diminutiuū:parua apis. Pli.lib.vij. Quadri
gam ex eadem materia quaꝫ muſca integeret alis fa/
bricatam ⁊ nauē quā apicula pennis abſcōderet. Di/
citur ⁊ apecula ab apes noīatiuo quę merops etiam
vocatur. Uirg. Meropes aliępq́ʒ volucres.
Apiaſtra illa auis dicitur quę apes comedit.
Apium herba folia habens petroſelino ſimilia ſed ma
iora ex qua fiebant apud antiquos coronę victoribꝰ
ſacri certaminis Nemeę. Iuue. Gaudētis fędo pere
grina ad pulpita ſaltu Proſtitui graięq́ʒ apium me/
ruiſſe coronę. Ab apij etiā nū corona quā L. Apius
in achaia meruit:apioꝝ gentē Romę eſſe cognomia/
tā legimus. Quidā hoc nomen ab Apice deducunt
qr antiqui apiceꝫ capitis apio coronabāt. Hanc her
bam gręci Selinon dicunt:cuius multa ſunt genera.
Qđ eñ ſponte in humidis naſcitur Heleoſelinū di/
citur ελοσ eñ dicitur palus: vno folio eſt nec hirſu/
tum:quod in ſiccis hippoſelinuꝫ quo equi libenter
veſcuntur:pluribus folijs eſt ſimile heleoſelino. Id
et petroſelinum ⁊ oluſatrum ſiue olīſatrum nuncu/
patur. Tertium oreoſelinū quaſi montanū apium
cicutę folij radice tenui.
Apiaſtrum herba eſt quę a meliſſis meliſſephylon ap/
pellatur. hoc eſt apiū folium. Et a melle dicitur mel/
litena. nullo magis flore gaudent apes.
Apicę oues dictę ſūt q̄ nō amplo corpore ſint nec mul
tam lanam habent circa corpus totum.
Apia via Romę ab Apio claudio ſic vocata.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Apinę: penul. coꝛ. nuces vocantur: quę cutez verius q̃ putamen adeo mollem habent vt ſimul mandant.

Apina arboꝛ quaſi minime pinus: quę pinus picea dicitur ꝙ pice potius q̃ pino ſimilis ſit. Apina etiam tricaꝫ duo oppida apulię fuerunt: quę Diomedes euertit Tantali ignominia vt in prouerbio ludibriū tranſierint. Quoties eñ rem nullius precij oſtendere volum⁹ Apinas ⁊ tricas noīamus. Mar. Sint apinę tricęꝫ ⁊ ſi quid vilius iſtis.

Apidanus penultima coꝛrepta fluuius theſſalię. Luc. libꝛo. j. It gurgite vaſto Apidanus nunq̃ꝫ celer niſi mixtus enipheus.

Apex pꝛopꝛię virga in ſummo flaminis pileo: in cuius extremo modica lana eſt: qđ pꝛimū conſtat ad albam Aſcanium inſtituiſſe. Plerūꝫ tamen ſumit pꝛo ſumma verticis parte: ꝙ longe ſit a pedibus. Aliquādo etiam pꝛo cęli ſiue galeri: ſeu montis aut litterę ſummitate: Pꝛo diſtinctionis nota: Pꝛo honoꝛe vel pꝛo aliqua re cuius ſummitas eſt acuminata Colu. li. v. Eiuſꝫ velut apex pꝛonus iminens mucro vocatur. Ponitur et pꝛo ſacerdotū ſeu pontificum infula quā vulgo mitram vocāt. Val. libꝛo. j. At ſulpitio inter ſacrificandum e capite apex pꝛolapſus eidem ſacerdotium abſtulit. Cicero ꝟo tranſtulit ad authoꝛitatē magnā. Apex inquit ſenectutis eſt authoꝛitas quanta fuit in. M. Celio Metello.

Apiculus diminutiuū paruus apex: quod et apiculum dicitur. Feſtus. Apiculum filum quo flamines velatum apicem gerunt.

Apexabo: inteſtinum ſanguine plenum: admixto pingui ſic dictum ꝙ in ſummitate quiddam quaſi in capite apicem habet.

Appion nomē fuit grāmatici celebꝛis qui vt Sen. ſcribit ſub C. Cęſare tota circūdatus eſt gręcia.

Apheresis: penultima coꝛrepta: ⁊ antepenultima cum ae diph. dici poteſt abſciſſio. Figura quę a pꝛincipio dictionis litteram vel ſyllabam aufert: vt pone metū pꝛo depone. ἐξ απο καὶ αἰρῦυμαι πεισ φκατα την δασειαν αποβλητου τουο.

Aphꝛica: regio ab ἀ ſine ⁊ φρίκη frigus quaſi ſine frigoꝛe. Hanc tertiā oꝛbis partem plerīꝫ dixerunt.

Aphꝛos latine ſpuma. Inde aphꝛoditem Venerem dicimus quia de maris ſpuma concępta fert̄. Aphꝛonitrum: ſpuma nitri. Aphꝛodiſia dicuntur venerę voluptates.

Aphilos pe. coꝛ. dicitur qui nullum habet amicum.

Aplanes penul. pꝛodu. dicitur non vagus inerrabilis. Macro. lib. j. de ſum. Hic eniz cęlum quod aplanes ſphęra vocitetur partem vnam: ſeptem ꝟo ſphęras quę vagę nominantur.

Applodo is pe. pꝛodu. Vide in dictione plodo.

Apluda pe. pꝛod. a quibuſdam interpꝛętatur furfur: a quibuſdam ſoꝛbitionis genus liquidiſſimū. Plinius docet Appludam vocari purgamenta milij ⁊ pannici ⁊ ſiſamę: cum in frumēta palea ducatur. Dicta apluda ab applodendo ꝙ pꝛopter tenuitatē (quia minutiſſima eſt) ſpiritu deijciatur. Neuius. Ne hercle appluda eſt hodie q̃ꝫ tu leuioꝛ.

Apocalypſis latine reuelatio. Ex απο quere in cōpoſitione ſignificat ⁊ καλυπτω velo.

Apocope pe. coꝛ. Amputatio. Ex απὸ quęre vel ab: ⁊ κοπτω ſcindo amputo. Figura qñ vltima littera vel ſyllaba tollitur: vt peculi pꝛo peculij.

Apocryphus a um. pe. coꝛ. latine abſconditus ſecret⁹. Ex απὸ quę exaggerat rem et κρυπτω abſcondo. Illa ꝟo ſcriptura dicitur apocrypha: cuius occulta oꝛigo eſt ⁊ in qua licet inueniatur aliqua veritas: tñ pꝛopter multa falſa nulla eſt in eis canonica veritas.

Apocriſarius latine dici poteſt reſponſalis. Ex απὸ κοινομαι quod ſignificat reſpondeo. Et ponitur ꝑ legato. Apocriſis reſponſum.

Apodixis euidens pꝛobatio: demonſtratio ſiue experimentū. Unde Apodixes grāmatice vulgo dicuntur geometricę pꝛobationes. Ambꝛo. Crudeliſſima omnium fęminarū ad filium meum voluſti apodixen tuę artis magicę demōſtrare. Gel. Apodixis apodixim vtriuſꝫ callens cum ea quę dubia aut obſcura ſunt ꝑ ea quę ambigua non ſunt illuſtrantur: ſed cum in lingua cōmuni ſcribatur δεικνυμι demonſtro per ει in pꝛincipio και μι δειξω. Locus ille debet emendari apodexis per e in penultima.

Apoditerium latiue ſpoliatoꝛium: Locus in quo loturi aut ſudaturi veſtes deponebant: quas capſarij ſeruabant. Nam απο δυειν exuere dicitur. Pli. ad Apollinarē. Inde appodyterium balnei laxum ⁊ hilare excipit cella frigedaria: i qua baptiſteriū amplū atꝫ opacum δυνω και δυω ingredioꝛ quaſi veſtē ingrediamur απο pꝛiuat. i. ex veſte exeo.

Apologus penul. coꝛ. Fabula in qua bꝛuta animalia loqui introducūtur. Nam eſt quędam ex humilibus rebus compoſita foꝛma ac ſpecies: ad videndum quę ⁊ apologatio dicitur.

Apologia rñſio vel ſatiſfactio defēſio: ſeu excuſatio q̃ ⁊ apologeticō ⁊ apologema atis dr̄ Vñ apologetic⁹ liber. i. ſatiſfactiōalis. Hiero. ad Pamma. ⁊ Oceanū Quis pꝛudentioꝛ/ doctioꝛ/ eloquentioꝛ Euſebio et Didymo aſſertoꝛib⁹ Oꝛigenis inueniri poteſt: quorum alter ſex voluminibus τασ απολογιασ id eſt defenſiones ſcribens ita eū vt ſe ſenſiſſe ꝯfirmat.

Apolatiço apolatiças: contemno. Plautus in epidi. Auxilia mihi et ſuppetię ſunt domi apolatiço inimicos omnis.

Apophoꝛetum ἀπόφορητόν penultima pꝛoducta munus quod dari ſolebat ſaturnalibus: quē moꝛem hodie quoꝫ ſeruamus menſe decēbꝛis in natali ſaluatoꝛis die. Suetoni⁹ in Domi. Dabat ſicuti ſaturnalibus viris apophoꝛeta ita per kalendas martias fęminis. Idem in Cal. Agitato cithio comeſſatione quędam in apophoꝛetis in tres ſeſtertium contulit. Dicta apophoꝛeta αφόρεω qđ ab his q̃s ſalutabāt referrent ἀπόφορειν eñ mō auferre mō referre ſignificat. Apophoꝛeta etiam dicuntur vaſa a ferendo. Atheneus. Vaſa quę conuiuis apponebātur vt ſecum ea ferrent: donoꝫ haberent ἀπόφορητα vocabant.

Apocataſtaſis ἀπόκατάστασισ latine inſtauratio. Apocataſticus inſtauratus.

Apophaſis: penultima coꝛrepta: negatio: abnuentia. Ex απο re ⁊ φασισ reſponſio apophatica negātia.

Apoſiopiſis penultima coꝛrepta a Cicerone dicitur reticentia a Celſo obticentia: alij iuterruptionem appellant quod eſt ſileo vel taceo. Nam eſt q̄ſi interceptum ſilentium. Figura indignantibus familiaris in qua verbum extrinſecus ſubintelligitur. Virgilius. Quos ego: deeſt enim puniā vel quid ſimile.

Apotheoſis penultima pꝛoducta: conſecratio ſeu deificatio. Ex ἀπο quę ab indicat ⁊ θεωσισ diuinitas: quaſi a diuinitate pꝛocedēs. Unde Ser. in daphnin apotheoſin dixit relationem in deos cum. ſ. hominē inter deos numeramus apotheoo deifico.

Apodes penultima coꝛrepta aues quędam ꝙ careant vſu pedum. Alio nomine Cypſelli dicuntur ex hyrūdinum genere: volant plurimum/ nidificant in ſcopulis atꝫ in editioꝛib⁹ domibus. Quies eis niſi in nido nulla: aut pendēt aut iacent. Plinius libꝛo. x. Plurimum volant quę apodes vocātur quia careant vſu pedū. Huius noīatiuus ſingularis eſt apus apodis.

Apollo apollinis ⁊ Apollos. Apollo ſm gręcam declinationem: creditus fuit deus quem gręci etiam φοιβόν hoc eſt ſolē appellāt. Cui vt Macrob. inquit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

varię fuerunt poteſtates. Nā fuit author carminis: pręſes vaticinij: ſagittandi peritiā habuit: artē medicinę percalluit: et chorde vocalis. Idez dicit̃ liber ꝙ libere peruaget̃ per aerē. Dictus apollo ab a. ſine: et polli multi ꝙ ſolus ipſe luceat.

Apollinares ludi qui in honorem apollinis fiebant. Et apollinaris nomen ꝓprium.

Apollonius nomē philoſophi alabadēſis/ſiue Tianei qui rhodijs vixit. Vñ ⁊ rhodius appellatus eſt. Hic dictus eſt a Sueto. clariſſimus dicendi magiſter ſub quo vt Plutarchus ſcribit Cicero ⁊ Cęſar condiſcipuli fuere. Hic Pythagoricus philoſophus dum Epheſi vitā ageret: ⁊ forte ī multitudine diſputaret per eā horam qua domitianus interficiebatur defix⁹ et elinguis ſtetit. Tum autē exclamauit Euge Stephane pulchre: Stephane ꝑcute peccatorē: pulſaſti: vulneraſti: et interfęciſti.

Apollonia ciuitas Epiri corinthiorū colonia: optimis olim inſtituta legibus: vulgo his tēporib⁹ Vallonia noiat̃. De hac Stra. Condidere apolloniā corinthij Corcyſteiq3 ab Aeante fluuio ſtadijs decem a mari ſexaginta. Eſt et Apollonia inter inſulas thracię cis Iſtrum amnem locata.

Apollodorus nomen proprium pictoris excellentis: ⁊ nomen oratoris pergameni.

Apoliydes penultima producta: latine deperditi dici poſſunt απολλυμι pereo.

Aponus penul. correp. fluuius ſeu fons calidis aquis: haud lōge a patauio. Vel vicus vbi balneę ſūt. Lu. lib. vj. Colle ſedens aponus terris vbi fumifer exit. Atq3 anthenorei diſpergit̃ vnda timaui. Apona aūt non tam: quia contra morbos ſint dicunt̃: q̄3 q2 citra dolorem vllum afferant remedium. Unde patauini quoq3 fontes appellati ſūt aponi: vt Caſſiodoro placet εξ αστεριτικησ και πονοσ τοαλγοσ και μοχθισμοσ.

Apophthegma atis. acuta reſponſio εξ ἀποφθεγγεσθαι.

Apoplexia ſiue apoplexis ſubita percuſſio: quam ſequitur mors εξ ἀποπληττω. μ. αποπληξω ictu conſterno.

Apoplectici ſunt quos dicimus attonitos quorū videlicet et corp⁹ et mēs ſtupet ictu fulminis aut morbo. Hie. in chronicis. Valentinianum ſubiti ſanguinis corruptione mortuū ſcribit: quę grece apoplexis vocatur. Perſuaſum autē vulgo eſt cū quis repentina morte corruit: euenire id gutta ſanguinis e capite in cor delata. Quod q̇dē et Spartian⁹ Capitolinuſue iam tunc credi paſſim demonſtrat.

Aporia/penuria indigentia. Nam ἄπορος aporos indigens et paup̱ dicit̃. Vñ apud eccleſiaſti. Aporia hominis in cogitatu illius.

Aporior aris. conuicior/et quaſi paup̱ abijcior.

Apoſtaſia cum accētu in pe. elongatio/defectio/rebellio. Apoſtata ſiue apoſtaticus rebellis. Hier. Niſi venerit diſceſſio primū quod grece dicit̃. αποστασια εξιστιμι. μ. στησω.

Apoſtato as. penul. cor. rebello. Cypri. ad Corneliū. Intereſſe debet inter eos qui velut apoſtatauerunt: et ad ſeculū cui renūciauerāt reuerſi gētiliter viuūt: vel ad hereticos tranſfugę facti cōtra eccleſiā pernicialia arma ſuſcipiūt. Hinc formauit nomē verbale. Hierony. in ezechiele. Mitto inquit ego te ad gentes apoſtatrices.

Apoſtema atis. penultima ꝓducta. ἀποστημά vomica eſt quę ⁊ ſuppuratio a latinis cū cōcurſus mali humoris in aliqua parte corporis factus eſt. Sz proprie ἀποστημά ſpatium diſtantia εξ αφιστημι μ. αποστησω.

Apoſtolus latine miſſus: ſiue nuncius dicitur αποστελλω mitto.

Apoſtrophe penul. corre. dici poteſt cōuerſio. Figura cum ad aliquem per ſecundā perſonam fit cōuerſio: vt Te nūc alloquor africane/cui⁹ mortui nomē ſplendori ac decori eſt ciuitati.

Apoſtrophus accent⁹ colliſiuus in fine alicui⁹ dictiōis denotās vocalē ꝑcedētis dictiōis eliſam ꝓpter hiatū: vt αφων αποαμβροσιου καλεπιρου.

Apotheca: cella vinaria. Ply. Vina ī apothecis canis ortu mutantur. Proprie tamen eſt in qua vinum et conſeruatur et venditur. Item tantum pecuniarum detinent vini apothecę: nec alia res maius incrementum ſentit. Apud iuriſconſultos accipitur pro quodam obligationis genere.

Apotamia: maior pars ſemitoni quę a latinis diſciſſio poteſt dici εξ απο και τεμνω ενθεντομη.

Apoxima: aqua cocta cum varijs condimentis.

Apoximenos: gręci vocant eos qui e corporib⁹ ſordes detergunt quaſi diſtringentes.

Apparo as. penultima correpta ſignificat ad dignitatem quandā ac pompam me apto. Cicero lib. iij. de Orat. Illa quę in apparatu fori appellant̃ inſignia. Pręparo vero anteparo quę vtilia mihi fore credo. Idem lib. j. offi. Facile totius vitę curſum videt ad eamq3 degendam ꝑparat res neceſſarias. Et q̄q3 apparatus videatur vtrunq3 ſignificare: vt apparatus belli quaſi pręparatio: id tamē potius eſt ex quadam conſequētia q̄3 proprietate. Nam vt dicimus naues non modo inſtructas/ſed etiam ornatas: quia vt inſtructiores ad bellum: eo pulchriores ſunt ita apparatum belli vocamus quę ad bellum quodaz decore et ornatu aptantur.

Appareo es. penul. ꝓ. ſignificat videor. Virg. Apparet liquido ſublimis in aere niſus. Et apparere ē de improuiſo ſe oſtendere. Cice. Cum equites Antonij apparuiſſent. Itē Obedire et preſto eſſe ad obſequium. Virg. libro. xij. Hę Iouis ad ſolium ſeuiq3 ad limina regis Apparent. Hinc

Apparitores dicti ſunt ꝙ appareāt ⁊ preſto ſint ad obſequium qui et ſtatores dicunt̃: vt ſunt hi qui magiſtratibus circūſtāt parati ad obſequendū. Quādoq3 apparitores tabellariorū officio fungebant̃. Dabat̃ eñ comes magiſtratibus qui ⁊ ſalarium a repu. licet paruū accipiebat. Cice. in Ver acti. v. Tuus apparitor parua mercede populi conductus.

Apparitura ipſum miniſteriū: ſcribit Suet. lib. de grāmaticis. Orbiliū apparitură feciſſe magiſtratib⁹ ſignificās eū fuiſſe apparitorē miniſtrūq3 magiſtratū.

Apparitio: oſtēſio quę grece epiphania dicit̃. Et apparitio pro ipſis apparitoribus accipit̃ qui ꝓſto ſunt. Ambro. Miſſa apparitione cū ingenti ſtrepitu ſuis eam tribunalibus ꝑcepit ſiſti.

Apparitoriū dicit̃ omē id q̄ parat̃/vel adiutorium.

Appello as. nomino. Cicero. Pub. Scipionem qui primus africanus appellatus ſit. Itez appellare eſt comiter ſeu familiariter nominare vocare. Ouidius libro. j. faſ. Iamq3 potens miſſo genitorem appellat amico Suet. in Ceſa. Appellatiſq3 de repu. patrib⁹ id eſt nominatis vocatiſq3. Itē inuitare. Unde Vlp. de iniurijs. Appellare eſt blanda oratione alterius pudicitiā attentare. Ambroſius. Per ſeipſum ⁊ per notos et per affines cępit aures virginis appellare. Interdū pro appellare. Afra. Appellat huc ad mollem noſtram nauiculā. Interdum ꝓ aduocare. Unde appellatus dicitur ad quem facta eſt prouocatio. Quintilia. Appellabatur a creditorib⁹. ſ. vt ſolueret debitū. Interdū eſt poſt ſententiā tanq3 male latam contra aliquē agere. Unde Vlp. Qui appellat: maiorem iudicem debet appellare. Dicimuſq3 appello principem et ad principem.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Appellare ex aduerſo eſt nomina per antiſtrophen imponere: vt qui herbā illā omni duricia carentē holoſteon vocauit quo ſignificat̄ tota oſſea.

Appellatio aduocatio/ſiue prouocatio. Et appellatio vt docet Ser. eſt vt propria nomina: vt hic Cato ille brutus: vocabulū eſt quo res inanimales enūciant̄. Nomen eſt quod deus vel homo.

Appello is. per geminum pp. appuli: appulſum ſignificat ꝯduco vel adduco: vt cū e pelagis quis ad littus acceſſerit: vt ille appulit ad portum vel in portū vel portui. Vir. Hinc me digreſſum veſtris deꝰ appulit oris. Hinc appulſus us. ꝓ acceſſu pecoris ad aquā. Jureconſ. Totum corrumpat pecoris ad aquam appulſū. Quādoqꝫ appellare ſignificat apponere dirigere: et animū ad aliquid agendū intendere. Teren. Poſtq̄ poeta animū ad ſcribendū appulit. i. poſuit. Plau. in Aſi. Argenti viginti minę me ad mortem appulerunt. i. adduxerunt.

Apello is. per ſimplex p. apuli apulſum: ex a ⁊ pello ſignificat amoueo: vt apulſus ab vrbe. i. amotus. Sūt tñ qui putent aſpello nō apello ſcribi debere cōponi ex abs: ſeu ab ſ. in b. mutata: ſicut fit in aſporto: quod ſm Priſ. nō ab a cōponit̄: ſed ex ab et b. in ſ. ꝯuertit̄ ne ſi apporto ⁊ appello dicat̄ ex ad compoſita exiſtiment̄. Nam ita in captiuis Plauti legit̄. Hic eſt ille dies nulla vitę ſalus ſperabilis eſt mihi neqꝫ exilium exitio eſt: neqꝫ adeo ſpes quę mihi hūc aſpellat. Et in Amphi. Inde optime aſpellam virum.

Appendo is. di. ſum. ſuſpēdo: quaſi ad aliquid pendo: vt appendi vuam ad tigna. Ply. Atqꝫ vuas iam maturas ad ſolem appendere: et appendere eſt ad ſtateram lancēqꝫ pōderare. Cic. in Anto. Vt iam appendatur pecunia non numeret̄. Conſtruit̄ quādoqꝫ cū duobus accuſatiuis. Hiero. in lib. Geñ. Appendit pecuniam quā ephron poſtulauerat quadringentos ſiclos probatę monetę. Item appendere ſignificat iuxta dare. Lact. lib. iiij. Scilicet ⁊ aurū appendere debuit tanq̄ ꝓmortuo Hectore. et appendere adiūgere. Vnde appendix.

Appendeo es. iuxta ſeu ad aliquid pendeo.

Appendix dicitur quod alij adiūctum eſt: quaſi ex alio pendeat. Vulgo pengice. Cic. in Horten. Vidit qꝺ videndum fuit appendicem animi eſſe corpus. Eſt ⁊ appendix genus ſpinę.

Appeto is. penul. corre. ardenter cupio: ⁊ tam in bonū q̄ in malum ſicut expeto capitur niſi ꝙ in expeto maior vis eſt ꝓpter ex: quę maximam in ſe vim cōtinet: vt apud Curtium. Herebat inter cupiditatem pudoremqꝫ ⁊ quo modeſtiꝰ qꝺ expectabat appeteret pernicatius oblaturos eſſe credebat. Fallūtur itaqꝫ qui differentiam aſſignant inter appetere ⁊ expetere dicentes: expetere cū ratione eſſe: appetere q̄litercūqꝫ. Expeto bona ſaneqꝫ honeſta. Appeto vero ex quo appetitꝰ quę ē immoderata cupiditas: Quod cōſtat falſum in vtroqꝫ quādo oſtendere licet ⁊ appeto ad bona atqꝫ honeſta auctores vſos fuiſſe: et expeto ad inhoneſta atqꝫ mala. Cice. Caſio Dehis quę ꝓpoſueram confirmatio noſtrę amicicię de qua pluribꝰ verbis nihil opus ē: tu puer me appetiſti: ego aūt ſemꝑ ornamento te mihi fore duxi. Idē lib. quarto. Tuſ. Quoniā quę vt bona natura appetimꝰ/ ſic ⁊ a malis natura declinamus. Et Augu. lib. ij. de ciuitate dei. Non deorū ꝑcepta ſunt: ſed hominum inuēta qui vt cunqꝫ conati ſunt ingenijs acutiſſimis prędicti ratiocinādo inueſtigare quid in rerū natura latitaret: quid in moribus appetendum eſſet atqꝫ fugiēdum. Hie. contra Virg. Rara virtus eſt nec facile a multis appetitur. Cyprianus ad preſbyteros. Quid cupidius appetere: quid magis velle ac tenere non ꝯuenit q̄ vt radicibus fortius fixis ⁊ domicilijs noſtris ſuper petram robuſta mole ſolidatis inconcuſſi ad ꝓcellas ⁊ turbines ſeculi ſtemus. Idem in malū. Nec periculum ſui appetat quę ad meliora ⁊ diuina ſe ſeruat. Quod autē expeto etiam ad voluptates: et q̄ūqꝫ ad maximū malū pertineat. Cice. oſtendit lib. j. offi. Expetunt̄ diuitię tum ad vſus vitę neceſſarios: tum ad perfruendas voluptates. Aug. Nouimus qꝛ mens humana in diuerſis mūdi huiꝰ illecebris ⁊ ꝯcupiſcētijs deuicta fugit laborē: expetit voluptatē. Ad maximū malū. Cice. in Piſonem. A me quidē etiā pęnas expetiſtis quibus ꝯiuratorū mentes mortuorū expiaretis. i. requiſiſtis/ſiue flagitaſtis. Hier. ad Euſto. Et deuorato Juda: ad cribrandos apoſtolos expetiuit poteſtatē. Nā expeto qꝺ ē maioris vis ſi in malā ſumat̄ partē: eo magis a ratione deficit: et capit̄ pro ſumo ſiue requiro. Ideo cū ablatiuo ꝯſtruitur: ſicut apud Quinti. lib. x. Excogitatiōe rerū exemplorūqꝫ quibꝰ in primis inſtructus debet eſſe orator ne om̄ia teſtimonia expetat a litigatore. Aliquādo tamē pro requiro ſiue deſidero ſolo accuſatiuo cōtentum eſt. Plau. in Caſi. prologo. Nos poſtq̄ ppl'i rumorē intelleximꝰ ſtudioſe vos expetere Plautinas fabulas.

Argutus a. um. participiũ. Plautꝰ in pſeu. Argutꝰ maloꝝ facinoꝝ. Qñqꝫ ṽo eſt nomen modo pro malicioſo et falſo: qui cũ lepore quodã quę cupit dicit facitve: quaſi arguens acute et inueſtigans. Modo ꝓ canoro reſonãtiqꝫ. vt arguta hirundo. Et arguti hoĩes qui multũ et celeriter loquuntur ab argo naue: quę a celeritate dicta eſt. αργ̓οσ eñ velox dicit̃. Vir. Argutos inter ſtrepere anſer olores. Modo pro exili breui ⁊ quaſi acuto. Idẽ lib. iiij. Geor. Argutũqꝫ caput/breuis aluus/obeſaqꝫ terga.

Argutia e. dicitur acute et malicioſe dictũ vel factum. Plau. in Muſ. Exi a culina ſis foras maſtygia: q̇ mihi inter patinas exhibes argutias.

Argutor penul. produ. deponens: ab argutus fit: et ſignificat procaciter ꝓloquor. Neuius. Quãdo ad ludos venit: alij cũ tacerent totũ diẽ argutatur quaſi cicada. Eſt ⁊ argutari ſubſilere. Titu. Terra hęc eſt noua qua tu ſolitus argutari pedibus cretã dum cõpeſcis/veſtimentaqꝫ leuas. Reperitur et arguto in eadem ſignificatione.

Argutulus dimi. contemptui deriuatũ/⁊ nõ blandiendi cauſa: vt homunculus et homulus.

Argumentũ (vt a Quintil'. diffinitur) eſt ratio probatione pręſtans/ qua colligitur aliud per aliud: et quę quod eſt dubiũ per id quod dubiũ nõ eſt/ confirmat. Sumitur interdũ etiã pro materia. Cicero. Quoniam nullũ ſcribendi argumentũ mihi relictum eſt. Interdũ pro coniectura. Interdũ pro veriſimili probatione: vt ſunt argumenta comediaꝝ. Interdũ ꝓ ſumma verſibus expoſita.

Argumentatio eſt explicatio et enarratio argumenti. Accipitur et pro eo quod mente cõponitur. Ambro. Cognito ꝙ Heliſeus eſſet qui conſilijs ⁊ argumẽtationibus eius obuiaret.

Argumẽtor: rationibus nitor ad aliquid ꝓbandũ.

Argẽmiſſa vel argemuiſſa: inſula ad continentẽ troadis prope argenicũ promontoriũ locata. Iuxta quẽ locum Alcibiades extinctus eſt.

Argenos latine: dicit̃ albus/ſplendidus. Feſtus. Argenum argentũ percandidũ. ἄσγυροσ.

Argetos ſignificat velocẽ ⁊ candidũ/ſplendidũ ⁊ ſtre,

Argus nomen ꝓpriũ regis argiuoꝝ. Hic filius apis fuit: ex cuius noĩe argi argiui appellati ſunt. Quo regnante cępit vti frugibus gręcia: et habere ſegetes in agricultura/delatis aliũde ſeminibus. Et poſt obitũ deus haberi cępit templo et ſacrificijs honoratus. Fuit et alius Argꝰ: qui a poetis oculis plenus fingitur: cuſtodiſſe Iunonis imperio Inachi filiã eius deę pellicẽ i bouis ſpeciẽ conuerſã. Qui poſtea a Mercurio interfectus fuit. Unde et argiphontes cognominatus eſt ꝙ Argũ peremerit. Unde centum ſtellaꝝ luce diſtinctũ Argus dicit̃. Et argus vocatus fuit nauis architectꝰ: a quo Argonautę. Eſt et argus adiectiuũ ꝓ argiuis: vt eſt apud Plau. Natꝰ amphitrio argis ex Argo patre.

Argo generis fę. nauis quã Iaſon duxit ab Argo architecto. De quo Flaccus ad Charũ. Tritonia deuolat argũ molliri. Hunc puppẽ iubet ⁊ demittere ferro robora. Seu ab argon quod eſt velox: vt inquit

Diod. Inde argiui (vt ſentit Probus) dicti ſunt: q̄
multū et celeriter loquunt̄. Alij autumant argo no/
minatā eſſe ab argiuis: hoc eſt grecis. Qđ ſentire vi/
det̄ Cicero lib. j. Tuſ. cum ait. Et eas anguſtias per
quas penetrauit ea que eſt nominata argo: qꝛ argiui
in ea delecti viri vecti petebant pellē inauratā arie/
tis. Inde argonaute dicti ſunt.

Argos in ſing. gene. neutri: in plu. maſ. vt hi argi. Ho/
ra. Aptum dicit equis argos diteſqꝫ mycenas. Vir
giliꝰ lib. x. Herculis anthorē comitē q̄ miſſus ab ar/
gis. Eſt autē ciuitas nō longe ab Athenis pelopon/
neſſi caput: et omnibꝰ ciuitatibꝰ grecie antecellebat.
Cuiꝰ rex primꝰ Phoroneus fuit. Dicta argos ab Ar
go rege: vt ſcribit Augꝰ libro. xviij. de ciui. dei. Hinc
argiui greci dicti ſunt: et argolicꝰ ſinꝰ/ et argolici du/
ces/ et argolica regio. Alia eſt ciuitas Argos theſ/
ſalie qđ pelaſgicon dicunt. Alia in Achaia nō longe
a mycenis: que et Hippion vocat̄. Et in Acarnania
amphilogicum. Eſt et argos quedam grecie pars.
Omnis quoqꝫ littoralis ora dicebatur argos: et an/
te danaū argiade: hoc eſt argiui. Argos quoqꝫ grece
dicitur tardus. Hinc iocus in endecaſyllabo Mar.
Non nautas puto vos/ ſed argonautas. Vbi alluſio
eſt ad famigeratos nautas: ⁊ intelligi tn̄ vult pigros
et lentos nautas. Et argos nauis ſignū celeſte orit̄
pridie Idus Martij.

Argis aduerbialiter i loco. Pliniꝰ libro. xvj. Argis eti
am olea durare dicit̄.

Argeus a. um. idē qđ argiuꝰ. Hora. libro. iiij. Car. Ti/
bur argeo poſitū colono: ab argos vrbe. Et argeus
mons eſt ab vna parte Cappadociā cingens.

Argei (teſte Varro.) dicebant̄ ſcyrpee effigies que per
virgines veſtales iacebant̄ ſingulis annis in Tybe/
rim per pontē ſubliciū. Argei etiā dicebant̄ loca ſa/
cra Rome argeoꝝ. Varro. Reliqua vrbis loca olim
diſcreta: vt argeoꝝ ſacraria argeos dictos a princi
pibus: q̄ cū Hercule argiuo Romā venerunt

Argia pe. ꝓd. nomen Adraſti regis Argiuoꝝ filie: que
conuerſa fuit in fontē ſui nominis.

Argie pluralis numeri tm̄: oppidū eſt Laconie.

Argolicꝰ a. um. idē qđ argiuꝰ: vt regio argolica.

Argonaute dicti ſunt heroes illi q̄ cum Iaſone in Col
chos ꝓfecti ſunt: ex quibꝰ ꝓcipue fuere Caſtor ⁊ Pol
lux/ Telamon/ Orpheus/ Hercules et Hilan puer:
ſic cognominati a naue quā innauigauerunt: qui fue/
runt ſupra quinquaginta: vt Orpheus libro primo/
et Apollonius in cathalogo heroum.

Argiletū/ ab argo dictū: ꝙ is eo venerit: ibiqꝫ ſepultus
ſit. Nā Argolus ſiue argus dux argeoꝝ apud Euan
drum hoſpitatus eſt. Cum in ſuſpitionē regni veni/
ret: clā noctu ab arcadibus eſt interfectus/ vt volunt
inſcio Euandro. Cui Euander tumulū fecit: et loco
nomē īpoſuit a leto: id eſt morte Argoli ſiue argi Ar
giletū. Var. ſcribit Argilletū etiā dici ab argilla/ id
eſt creta: cuiꝰ copia illic erat. Erat autē argiletū locꝰ ī
vrbe prope palatium: vbi taberne bibliopolaꝝ erāt/
que argiletane dicebant̄. Mar. Argiletanas mauis
habitare tabernas.

Argilla: eſt terra cretoſa et candida/ qua figuli vtun/
tur ad vaſa facienda. Iuuenalis. Argyllā atqꝫ rotā
citius properate.

Argema: morbus oculoꝝ: cum vlcus circulū oculi infe
ſtat: quē greci Irim dicunt. Latine albugo vocat̄: et
leucoma etiā grece a candore. Videt̄ eſſe idē fere qđ
leucomata. i. albugines a candore.

Argyrippa: ciuitas in Apulia/ quā Diomedes edifica
uit: a qua argyrippini dicunt̄.

Argyriō latine argentū: a q̄ argyrocopꝰ argētariꝰ ἀρ/
Argyrologus: queſtor que/ (γυροσ καῖ κοπἶω.
rens argentum: αποἶου λεγειν

Argyrondes: Etolie fluuius propter argenteum aque
Argyraſpidas dicimus eos qui argenta (candorem.
ta ſcuta ferunt. Vnde ſicut refert Lamp. Alexander
imperator romanus/ non ſolum fecit argyraſpidas/
ſed et chryſaſpidas: ita ab aureis clypeis nomina/
tos/ ασπισ.

Argyrotoxos: argenteum arcum gerens: quo nomine
dictus eſt Apollo. ἶο ἶοξου.

Argentū primo ſignatum eſt anno vrbis quingenteſi/
mo octogeſimoquinto. Quin. Fabio conſule/ quin/
qꝫ annis ante bellum punicum primū nota argenti
bige ⁊ quadrige. Inde bigati et quadrigati nūmi ap/
pellati ſunt. Aureus vo nūmus ſexageſimoſcđo an/
no poſt argenteū percuſſus eſt: in quo primo conſu/
lum: deinde imperatoꝝ capita imprimi ceperunt: et
ab his ſepe nomina accepere. Argentum candidum
eſt: vnde et a grecis argyros dicit̄. In puteis reperi/
tur: excoqui nō poteſt niſi cū plumbo nigro/ aut cum
vena plumbi: que iuxta argenti venas plerūqꝫ repe/
ritur Gallenā vocant. Aliqn̄ argentum ponitur pro
ſuppellectili argentea/ puta cyphis/ cochlearibꝰ/ alijſ
qꝫ que ad menſā ornandā exhibent̄. Plau. Tu eſto
lecti ſterniator: tu argentum eluito.

Argentariꝰ: vulgo cāpſor ſiue menſarius: a grec̄ coly/
biſta ⁊ trapezita dicit̄. Vn̄ Plau. in Cur. Trapezi/
tā et argentariū ꝓ eodē accipit. Sed iurecōſultꝰ. ff.
de edendo oſtendit argentarios maiores mēſarios:
et quoꝝ officium atqꝫ miniſteriū publicā habet cau/
ſam. Hicqꝫ rationes cōficiunt. Auctor eſt Seneca: ar
gentarios preeſſe publicis actionibus.

Argeſtes: ventꝰ occidētalis frigidꝰ. de quo Pli. lib. ij.
Ab occaſu equinoctiali fauoniꝰ: ab occaſu ſolſtitiali
corus/ zephyron et argeſten vocant.

Ariadne: nomen ꝓprium eius: quā deſertā a Theſeo
bacchus rapuiſſe dictꝰ eſt a poetis.

Aricia: vrbs in Italia: abeſt ab vrbe ad decimum lapi/
dē: quā edificauit Hippolitꝰ theſei filius: et a nomine
coniugis Ariciā appellauit. Iuxta hanc vrbem erat
nemus/ quod aricinum dicebat̄: in quo egeria nym/
pha erat: cum qua loqui ſolitū ferunt Numā roma/
noꝝ regē. Erat et aricinꝰ lacus/ quod ſpeculū Diane
vocabat̄: in quo nūc quoqꝫ inſule cum proceris arbo
ribus nobiles conſpiciunt̄.

Aries etis. penul. corre. qui inter oues integer eſt: ⁊ te/
netur ad generandam ſobolem. Veruex vo cui in/
uerſi vel adēpti ſunt teſticuli: Ab ara dictus aries/
ꝙ aris imponi ad ſacrificia ſoleret. A cuius ſimilitu/
dine bellica machina appellatur: materia ac tabula/
ris teſtudo contexitur: que ne flāmis exuri poſſit: co/
rio ſiue cilitio veſtitur. Intrinſecus recipit trabem:
que ſi adunco prefigitur ferro/ falx vocatur: ab eo ꝙ
incuruata eſt: vt ex muris lapides extrahat. Si vo
caput ipſius ferro tegitur Aries appellatur/ ꝙ in/
ſtar arietini capitis fieri ſoleret: vel ꝙ habet duriſ/
ſimā frontem qua ſubruat muros: vel ꝙ more arie/
tum retrocedit/ vt vehementius feriat. Teſtudo au/
tem a ſimilitudine nature teſtudinis vocabulū ſum/
pſit: quia ſicut illa modo reducit caput: modo pro/
fert: ita huiuſmodi machina interdum reducit trabē:
interdum effert/ vt vehementius feriat. Eſt et Ari/
es celeſte ſignum primū in zodiaco. Aries etiam ma
rinus piſcis ſiue marina belua eſt candore tantū cor/
nibus aſſimilatis: grece κριοσ dicitur. Sed rem mi
rificam tradit Aelianus diſcipulus pauſanie/ libro
ſeptimo. λεγουσι Δαραβεσ οἶι αραπαρ αυ/
ἶοισποιμνι απιαιρεἶαι υπο μουσι κησ μαλ
λορνυ πο ἶοῦ χιλιου.

Arietinus na. num. pe. prod. quod eſt ex ariete. Plini.
Arietinū iecur ad id vtile eſt.

Arieto as. pe. corre. percutio: tractū ab arietū ſimilitu/

dine: cuiꝰ firmiſſimū caput ⁊ ſolidiſſima cornua faci/
unt: vt magno impetu q̄cq̄d obieceris percutiant.

Aribel quidam puant eſſe Areopolim/ab idolo Mar
tis quod illic ſitum eſt. Interpretat̃ autē Leonē dei/
hieruſalē figuraliter ſignificans.

Arion cytharedꝰ optimꝰ ex leſbo inſula. De quo Hero
dotus ſcribit/ ꝙ cū a nautis coactus eſſet/ſe e naui in
pelagus demergere a Delphine exceptus: ab eoqꝫ i
Laconiam deportatus fuerit/anteq̄ȝ naute illuc ap/ (plicuiſſent.

Ariminum ciuitas Italie a flumine pro
pinquo eiuſdem nominis ſic dicta. Hec quondam
Vmbrorum colonia fuit/ ſicut et Rauenna: verum
vtraqꝫ Roma accepit inquilinos. Habet autem hec
ciuitas portum edificata anno ante Chriſti exortum
cclxx. Ptolemeo lagi filio egyptijs imperāte: Pub.
Sempronio et Apio claudio conſulibus. Ad quam
viſendam compoſitis Sicilie rebus Sempronius
nauigauit. Eam Octauianus ampliauit: et a Libur/
nis dirutā Dioclecianꝰ repoſuit: fuſiſqꝫ liburnis ar/
cum triumphalē in ea extruxit.

Arimphei ſunt populi Aſie ſeptentrionalis ꝓpe riphe
os mōtes: habent ꝓ domibus nemora/ ꝓ alimentis
baccas: ⁊ tā femine q̄ȝ mares comas tondent.

Arimaſphi populi Scythie Europe verſus Aquilo/
nis exortū: vt libro ſeptimo refert Plini: qui vnicum
in media fronte habent oculū: et cum gryphis con/
tinue preliantur.

Ariſtippus nomen philoſophi cyrenaici: et apud nos
dicit̃ optimus equus. Hic dicere ſolebat/ ꝙ lautior
victus nullo erat impedimento ad bene viuendum.
Hic ſocraticus auditor fuit: primꝰ ſocraticorꝝ merce/
de philoloſophatus eſt: habuit ingeniū ad oīa pro
tēpore/loco et perſona ſimulanda omino promptū.
Et ob hoc Dionyſio preter omēs erat charus. Et vt
preſentibus voluptatibus libenter fruebat̃ /ita ⁊ ab
ſentes facile contemnebat. Hic cū e patria in Greci/
am philoſophandi cauſa proficiſceretur: iuſſit ſeruos
aurꝝ proijcere/ vt expeditiores ad iter capeſſendū eſ/
ſent. Summū bonū poſuit i leui motu ad ſenſū ema/
nanti: id eſt in voluptate corporis ſenſus titillante.
Qui ab eo fluxerunt/ ⁊ in dogmate permanſerūt: ab
hominis patria Cyrenaici ſunt appellati. Tradunt
Platonē dixiſſe ſoli Ariſtippo et chlamydē et pan/
num ferre datū eſt. Hora. Omis ariſtippum decuit
ſtatus et color et res. Fuit et alter Ariſtippus huius
nepos ex filia Metrodidactus: dictus quaſi a matre
doctus. Hic in nauigio a tēpeſtate deprenſus/timu/
it ⁊ expalluit. Et interrogatus quare phs timeret: cū
ipſe cōtra nihil timeret: feſtiuiter reſpondit nō eandē
ſibi et illi cauſā eſſe: quoniā is non eſſet magnopere
ſollicitus pro anima nequiſſimi nebulonis: ipſū autē
pro Ariſtippi anima timere.

Ariſtrocratia: optimatuū principatus. vbi optimates
rēpubli. tractant. αριστοσ και κρατοσ υποκρ/

Ariſtoclides penult. correpta: Orcomeni ty (οτειρ.
rannus: qui Stymphalidē virginē adamauit. Vide
in dictione Stymphalus.

Ariſtoteles penultima correpta: nomen philoſophi pe
ripateticorum principis. A quo Ariſtoteleus et ari/
ſtotelicus adiectiua.

Ariſtoxenus pe. pro. nomen proprium muſici.

Ariſtomenes penult. corre. nomen meſſeni viri: qui iu
ſtiſſimus (vt ſcribit Hiero.) victis lacedemonijs: et
quodā tempore nocturna ſacra celebrantibus q̄ vo/
cabantur iacynthina: rapuit de choris ludentiū vir/
gines. xij. et tota nocte gradu concito fugiens: exceſ/
ſit de finibus ſparthanorꝝ. Cūqꝫ eas comites eiꝰ vel/
lent violare: monuit quantū potuit ne hoc facerēt: et
ad extremū quoſdā nō parcentes interfecit. Ceteris
metu coercitis: redēpte poſtea a cognatis puelle: cū
Ariſtomenē viderent cedis reū fieri: tādiu ad patriā
nō ſunt reuerſe q̄ȝdiu iudicum aduolute genibus: de/
fenſorē pudicitie ſue cernerent abſolutum.

Ariſto phs cognomento ſerpticus: qd latine queſtor ⁊
cōſiderator dicit̃. Sempꝝ em̄ in querendo conſiderā/
doqꝫ fuit. Vide in dictioue Pyrrho.

Ariſtides pe. pro. princeps athenienſis: cui cognomē fu
it iuſtus: alter fuit pictor inſignis.

Ariſtophanes pe. cor. nomen ꝓpriū phi et comici valde
maledici: cuius noīe comedie ſunt impreſſe.

Ariſtobolus nomen ꝓprium iudeorꝝ regis.

Ariſtophorꝝ pe. cor. vas quo prandiū defert̃: latine di/
ſcus. απιστορ em̄ prandiū dicit̃: φορω porto.

Ariſta ab ariditate dicitur/ ꝙ ſit omnino arida. Eſt em̄
prima pars que primo areſcit: vel quia ſeges cū are/
ſcit ſecatur. Et proprie ariſte quaſi tela ſpice frumen
ti ſunt ſiue ſpine: ſiue aculei quibus a morſu auium
minorum illa tueantur. Cicero in Cato. Fundit fru/
gem ſpice ordine ſtructā: et contra auiū minorꝝ mor/
ſus munitur vallo ariſtarꝝ. Ponitur tamen quando/
qꝫ ariſta pro frumēto. Virgiliꝰ. Chaoniā pingui glā
dem mutauit ariſta.

Arithmus: latine numerus. Inde arithmetica.

Arithmetica: numeralis ſcientia: que tractat de nume/
ris et ſupputandi ratione. Hec inter diſciplinas ma/
thematicas prima eſſe dicitur: quoniā ipſa vt ſit nul/
la alia indiget diſciplina. Muſica autē ⁊ geometria
et aſtronomia iſtius auxilio egent.

Armus: humerus. Virgilius libro tertio Geor. Den/
ſa iuba ⁊ dextro iactata recūbit i armo. Differt tñ ar/
mus ab humero. Nā humeri ꝓprie eorꝝ ſunt q̄ recte ī
celū ſpectāt. Vnde ſoli homini humeros eſſe dicimꝰ.
Virg. Os humeroſqꝫ deo ſimilis. Armi vero ſunt bru/
torꝝ: q̄uis de hominibꝰ q̄nqꝫ dicant̃.

Armigatus ta. tū. qd eſt ad armū ligatum. Hiero. li. ij.
Reg. Et dauid ꝑcutiebat in organis armigatis.

Arma ab armis dicunt̃. i. humeris dependentia/inquit
Feſtus: vt ſcutum/gladius/ ⁊ ea quibus preliamur te
la. Ser. docet arma eſſe que armos tegunt. Var. ab
arcendo arma dicta exiſtimat: ꝙ his arceamus ho/
ſtes: vt fuſtes/lapides/ ⁊ hmōi. Sed reuera non ſolū
hoc noīe bellica/ ſed etiā oīm fere artiū inſtrumenta
intelligunt̃. Sic etiam Pollux οπλα ruralia proſe
quitur: q̄uis Virgil. largius pollicitus: tamen defe/
ciſſe videatur. Sunt em̄ martis arma inſtrumēta oīa
quibus in bello vtimur. Vnde fraudes ⁊ conſilia ar
ma dicunt̃. Virg. Et querere conſcius arma. Arma
ruſticorꝝ: raſtra/ligones/ ⁊ hmōi. Idē. Dicendū ⁊ que
ſint duris agreſtibus arma. Arma coquinaria: lebes
patella/tripos/olla. Plautꝰ. Quā eleganter inſtru/
ctum coquinarijs armis. Arma ſtudioſorꝝ: ſtilus/pu/
gillares libri. Pliniꝰ. Cuius arma erant/nō venabu
lū ⁊ lancea/ſed ſtilus et pugillares. Nautarꝝ quoqꝫ ⁊
piſtorꝝ inſtrumenta arma dicunt̃. Virg. lib. v. Colli
gere arma iubet validiſqꝫ incumbere remis. Et libro
j. Cerealiaqꝫ arma Expediunt. Quñqꝫ arma accipiun
tur ꝓ bello/ſicut toga pro pace: vt Cedāt arma toge.
Quñqꝫ dicunt̃ inſignia: quale nōnulli intelligūt illud
Virg. Armaqꝫ fixit Troia. Cōſueuerunt em̄ antiq̄
ſuſpēdere arma in poſtibus tēplorꝝ. Eſt autē hoc no/
men arma pluraliter tm̄ declinatū: qm̄ vniuocū ſit/ ⁊
plures res ſignificet: quarꝝ ſingule habēt ſua noīa: vt.
gladius/ſcutū/et hmōi. Vel ne ab armo artu corpis
obliqui eius caſus ꝓferri cenſeant̃.

Armo as. armis induo ſeu munio. Lactant. lib. iij. Cū
em̄ natura hominis imbecillior/q̄ȝ ceterorꝝ animaliū
que vel ad perferendā vim temporꝝ: vel incurſiones
a ſuis corporibus arcendas: naturalibus munimen/
tis prouidētia celeſtis armauit. Liuiꝰ libro. ij. de bel.
pun. Itaqꝫ et muri reficiebantur/ et propugnaculis

armabant. Compoſita ſunt dearmo/quod eſt armis exuo. Idē libro. iiij. Conſul triumphans in vrbē rediit: Ciuilio duce Volſcoꝝ ante currum acto: prelatiſqꝫ ſpoliis quibus dearmatū exercitum hoſtiū ſub iugum miſit. Exarmo: eiuſdē ſignificationis. Sueto. i Domi. Negantemqꝫ vltra ſe tueri eū poſſe ꝙ exarmata eſſet a Ioue. Exarmatas autem feras dicimus manſuefactas. Lamp. de Heliogabalo Habuit leones et leopardos exarmatos: quos edoctos ꝑ manſuetarios ſubito ad ſecundam et tertiam menſam iubebat accumbere. Obarmo/ circūarmo. Hora. lib. car. Hos vnde adductus per omne tempus amaçona ſecuri dextras obarmet. Perarmo: perfecte vel pulchre armo. Cur. Hoc modo inſtructo exercitu/ac perarmato babylone copias mouit.

Armatio et armatura: rem ipſam ſignificant. Armator et armatrix verbalia.

Armiger penul. corre. qui lanceam/ſcutum galeāqꝫ ferens armatum equitē in prelio ſequit̄. Et plane apud antiquos armigeri fuerunt ſummi viri: et Patroclꝰ fuit armiger Achillis. Pli. libro. xxxv. Clytū equo ad bellum feſtinantem: et ei galeam poſcenti armigerum porrigentē. Armiger etiā dicit̄ qui cuipiam aliij inferior ſuperiori ſuggerit. Plau. in caſin. Filius autem armigerum allegauit ſuum.

Armariū: ab armis: locus vbi cibaria/libri ⁊ ſimilia recondunt. Plau. in Cap. Cellas refregit omnes intꝰ: recluſitqꝫ armariū. Et i epi. Quin ex occluſo atqꝫ obſignato armario decutio argenti quantū mihi libet. Huius dimi. eſt armariolum.

Armamenta: nauiū inſtrumenta vel munimenta: ſicut funes et vela: q̄uis et muroꝝ eſſe poſſint et medicorum/⁊ alioꝝ inſtrumēta. Colu. libro. v. Nōnulli ſtrenue fabricant nauigia: nec conſūmata perinde inſtruunt armamētis miniſtriſqꝫ. Hiero. ad Pāma. Et qr ſine emplaſtro venerat: et medicoꝝ armamenta non habebat: iccirco medicina nō profuit. Et Pliniꝰ de vineaꝝ armamentis loquitur.

Armamentaria: repoſitoria armoꝝ ſunt/⁊ fere naualium: quale fuit illud quod Athenis philon fabricauit mille capax nauiū. Pliniꝰ. Armamentario mille nauiū confecto. Liuiꝰ de bel. ma. Conflagrarunt et horrea regia et armamentariū cū ingenti apparatu machinaꝝ et tormentoꝝ. Vale. maxi. Habebat armamentariū om̄is generis teloꝝ copia refertū. Deduciturqꝫ hoc nomen ab armamentū.

Armentū (inquit Feſtus) id genus pecoris dicit̄/quod eſt idoneū ad opus armorum: vt ſunt equi ⁊ boues. Nā equis in bellū curritur. Clypei ꝟo boum coriis armantur. Varro aliter. Armenta/ꝙ boues ideo parabantur/vt inde eligerentur ad arandū: inde armenta dicta quaſi aramēta/poſtea tertia littera extracta. Unde Colu. libro. vij. Iumenta et armenta nomen a re traxere: ꝙ noſtrū laborē vel onera ſubuectando vel arando iuuarent. Precipue em̄ ab equis ⁊ bobꝰ aliiſqꝫ eiuſmodi: ceruos et alia aialia grandia armenta dici poſſunt: q̄uis elephāti et equi et hmōi aialia ab armis armatiſqꝫ militibus ferendis armenta appellari queant. Nā cerui qui ad hoc nō ſunt idonei: neqꝫ etiā ad arandū inter armenta cōputant̄ a Virgil̄. qui ait: Hos tota armenta ſequunt̄. De hoc etiā in dictione Grex dicitur.

Armētariꝰ rij. armētoꝝ cuſtos. Virg. li. iij. Geor. Oia ſecū Armentarius apher agit tectumqꝫ larēqꝫ.

Armentariꝰ a. um. qđ ad armentū ꝑtinet. Amb. de Cain. Videt̄ et ſenſuū noſtroꝝ quoddā genus aliud domitū manſuetū: aliud idomitū/quod armētario quodā motu mentis velut deſide atqꝫ deſoluto ꝓrumpit ad irrationabiles corporis delectationes.

Armille ſunt ornamenta i circuloꝝ modū que viri militares ab imperatoribus donati in ſiniſtris brachiis gerere conſueuerunt. Hec Priſci. brachialia vocat. Dicuntur autem armille ab armis: ꝙ antiqui humeros cū brachiis armos vocabant. Unde arma ab his dependentia ſunt vocata. Liuiꝰ libro. i. Additur fabule ꝙ vulgo ſabini aureas armillas magni pōderis brachio leuo gēmatoſqꝫ magna ſpecie anulos habuerunt. Hiero. libro. ij. Re. Tuli diadema quod erat in capite eius/ et armillā de brachio illius: et attuli ad te dominū meum.

Armillatus dicitur qui armillas habet. Pro. Atqꝫ armillatos colla moloſſa canes. Et armillatus nomen viri ſub Nerone et Domiciano.

Armilum: vas vinariū in ſacris; dictum ꝙ armo: id eſt humero deportaretur.

Armiluſtrū: feſtum apud Romanos: quo res diuinas armati faciebant: et ſacrificantes canebāt tubis. Itē locus in quo huiuſmodi ludi fiebāt. Var. hoc nomē ab ambitu luſtri dictū exiſtimat: ꝙ ibi circumfertur pompa/et equi currunt.

Armenia regio Aſie inter taurum et Caucaſum montes ſita: et a Cappadocia ad caſpiū mare vſqꝫ protenſa: ab Armenio teſſalo comite: vt inquit Stra. Sic dicta. Et vt Plini. libro. vj. auctor eſt: duplex eſt: maior. ſ. et minor: vbi precioſū inter reliqua aromata naſcitur amomū. Hāc hebrei Ararab vocāt. In ea Araxes fluuius ⁊ pars Euphrat/et Tigridis/et inſignis ciuitas Artaxata.

Armeniacus dicitur ꝙ primū genus eius ab Armenia ſit aduectū. Hoc autē genus pomi Armeniacū dicitur: quod precox perſicum etiā dicitur. Et vt inquit Hippocrates/calidum eſt et ſtipticum: ſtomacho vtilis in cibo ſumptus.

Armoracea e. vt inquit Palladi. agreſtis raphanꝰ eſt. Dicit̄ a Col. etiā armoradū armoracioꝝ cyma.

Arnon (vt Ioſephus lib. iiij. ſcribit) fluuius eſt qui de montibus Arabie deſcendēs in ſtagnū Aſphaltiten erumpit/diuidens Moabitidē et amonitidē.

Aro as. ꝓprie ſignificat terrā iā proſciſſam rurſus vomere euerto. Plinius. In arando magnopere ſeruādum eſt Catonis oraculū. Quid eſt primū? Agrum bene colere. Quid ſecundū? Bene arare. Quid tertium? Stercorare. Compoſita huius verbi ſunt: Dearo/exaro/peraro/inaro et ſubaro. Plinius. Sunt q̄ iam natas inarant ſegetes.

Arator ſumit̄ tā pro boue q̄ꝫ pro homine bouē ducente. Pli. Arator niſi incuruus preuaricatur.

Aratrū inſtrumētū quo terra arat̄: greci aratrō dicunt.

Artro tras. quaſi aratro: qđ eſt ſegetes iā natas rurſus arando ꝓſcindo: qđ impinguādi agri cauſa fit.

Aromata: latine odoramenta. Et inde aromacopola: quem nos Aromatariū vocamus: qui aromata vendit. Grece αρωμα.

Arpe: falx ſiue enſis falcatꝰ. Vide infra i dictione Harpe: vbi harpia et harpagones que aſpirant̄: quoniā nūc in pſilē verſa eſt aſpirata.

Arpinū penul. ꝓdu. ciuitas a qua arpinates dicti ſunt eius incole: quales fuere. M. Cicero. Plautus comicus/et. C. Marius: qui ſepties conſul fuit.

Aroſtema penul. produ. matis. Grece αρροστημα latine egrotatio. αρροστεω egroto. arroſteta egrotatio. arroſtos egrotus.

Arenicū idē eſt quod arſenicū et auripigmentū: cuiꝰ vis reprimi ac tolli excreſcentia dubiū nō eſt.

Arrha e. et arrabo pe. cor. Grece αρραβον vtrūqꝫ ſumitur ꝓ parte ſolutionis: que prius datur vt reliqua reddat̄. Teren. Ea relicta arraboni eſt. Hinc arrhoas. a quo ſubarrho: quod eſt arrhā facio. Amb. Anulo ſuo ſubarrhauit me dn̄s meus.

Arreptitius: qui a demone rapitur: qui etiam abrepti/

tius dicitur. Veteres Arreptitium dicebant larua/
tum:quaſi a laruis arreptum.
Arripio is. Vide in Abripio.
Arrigo gis.pe.cor.vide in dictione Rego.
Arrogo as.penul.cor.ſignificat tribuo. Hiero.in pro/
logo Eſdrę. Interrogent hebręos:et ipſis auctori/
bus tranſlationi meę vel arrogent vel derogent fidẽ.
Plerũꝫ arrogare eſt nimiũ artribuere/ſeu arrogan/
ter prȩſumere. Unde arrogans:qui ſibi temete atꝫ
inſolenter tribuit quę in eo nõ ſunt. Et arrogãtia:per
quã temeritas atꝫ impudentia vanã ſibi comparat
auctoritatem. Item Arrogare: eſt in filium ac fami/
liarem aſciſcere: a quo fit arrogatio:quę eſt cũ is qui
aſciſcit aliquẽ in filium interrogatur/ an velit illũ iu/
ſtum ſibi filium eſſe:et is qui aſciſcitur rogat/ an id fi
eri patiatur. Vel ideo Arrogatio dicitur/ꝙ per po/
puli rogationem fiat.
Arſenothelys: vide in dictione Androginus.
Arſinoe fuit filia Ptolemei Lagi filij: qui Egyptum
poſt Alexandrũ tenuit:et fuit iuxta Lyſimachi regis
Macedonię forma prȩſtantiſſima : a cuius nomine
Ptolemeus philadelphus eius frater vrbem condi
dit in cyrenaica regione.
Ars multipliciter dicitur. Nam quędam eſt ars quę in
ſpeculatione tm̃ conſiſtit: vt aſtrologia:⁊ theorice:id
eſt ſpeculatiua vocatur. Quedã in agendo:quę actu
perficitur:et practice.i. actiua dicit̃/vt ſaltatio. Te/
ren.in And. Quid eſt quod tibi ars mea efficere hoc
poſſit amplius. Quędam in effectu:quę operis quod
oculis ſubijcitur:et conſummationẽ/non finem acci/
pit/qualis eſt pictura. Dicta ars απο Tησ αρεTησ
id eſt a virtute:quam gręci vniuſcuiuſꝫ ſcientiã vo/
cant. Eſt etiã ars quę conſtat ex prȩceptoꝝ collectio/
ne:ab arto tas:ꝙ artis prȩceptis:id eſt/ anguſtis et
breuibus concludat: vt eſt ars Seruij/ ars Donati/
ars Priſciani. Ars etiã aſtuta vocatur: qua quis nõ
facile falli/ſed magis alios fallere poteſt: quę gręce
dicit̃ Tεχνη. Ab ars componunt̃ iners/ ſolers/ arti/
fex. Huius diminutiuũ eſt articula.
Artifex:qui artẽ aliquã facit:dictus ꝙ ſcientiã ſuã ꝑ ar/
tus exerceat:ſiue ꝙ apte operã iter ſe artẽt artifices.
Artificium:quaſi artis factio:quod ars ipſa operatur:
vt cum dicimus orationem magno artificio compo/
ſitam. Hinc artificioſus ſa ſum.quod cũ arte factum
eſt: vt oratio artificioſa.
Artitus pe.pro.dicit̃ bonis artibus inſtructus.
Artus:qui alligant mẽbra mẽbris: ab artando. Sunt
eñ nodi/mẽbra ṽo trunci. Virgil.libro.v. Et magni
mẽbrorũ artus. Et dicit̃ tm̃ de animantibus: partes
ſunt corporis inter iuncturas: dicti ꝙ inter ſe arten/
tur. Unde minores partes per diminutionẽ articu/
li dicunt̃:quales ſunt digitoꝝ: quaſi parui artus. Et
diſtinguunt̃ artus a mẽbris: quia artus dicũtur oſſa
cũ neruis et venis. Mẽbra autẽ ꝓprie vocamus car
nẽ artus tegentẽ. Unde mẽbrana:ſuperior mẽbri ꝑs:
hoc eſt pellis. Sed ſępenumero confundunt̃. Apud
Plau.in Mene.tamen artua dicit̃. Ita mihi impe/
ras vt ego huius mẽbra atꝫ oſſa atꝫ artua cõminu
am illo ſcipione/quẽ ipſe habet. Hinc deducit̃ dear/
tuo as.quod eſt per artus diuido.
Articulus dimi.ab artus eſt:et ponitur ꝓ iunctura ſiue
nodo/vel parte mẽbri. Pli. Articulus mẽbra diſtin/
xit. Unde articularis morbus. Sed et in vite dicun/
tur articuli de nodo ad nodũ. Cice.in Cato. Itaꝫ in/
eunte vere in his quę relicta ſunt exiſtit tanꝗ̃ ad arti
culos ſarmentoꝝ ea quę gẽma dicitur. Articuli etiã
in montibus dicunt̃: vt apud Pliniũ in calce operis
Sic articulos fidei tanꝗ̃ mẽbra religionis noſtrę di
xerunt. Interdũ ponitur ꝓ digito: vt apud Ouid.li.
ij.de põ. At reditus iã quiſꝫ ſuos amat: ⁊ ſibi quid
ſit Utile ſollicitis ſupputat articulis. Interdum pro
momento/⁊ tẽpeſtiua rerũ faciendarũ hora ſiue pun
cto/ſeu alicuius rei aut tẽporis particula. Teren. in
Adelp. Vide vt in ipſo articulo oppreſſit eã. Hiero.
ad Iul. Filius meus frater tuus Auſonius in ipſo iã
perfectionis articulo/cũ mihi prȩſentiã ſuã tarde de/
diſſet/cito abſtuliſſet: atꝫ in puncto temporis ſalue
valeꝫ dixiſſet. Itẽ Articulus color eſt. De quo Cic.
lib.iiij.ad Heren. Articulus habet̃ cũ ſingula verba
interuallis diſtinguunt̃ cęſa oratione. Silr articulus
dicit̃ quo genus diſcernitur.
Articularis ⁊ articulare:quod ad articulos pertinet: vt
articularis morbus:qui et articularius dicit̃:qui per
om̃es artus vagat̃/quo Aennius laboraſſe fert̃. Se/
re. Si ṽo articulos tabes inimica per omnes Hęſe/
rit: ex ficu betas cũ melle iugabis. Vel pelagi latices
ſimul et baccheia dona Sumere curabis: nimio ſed
parcito vino. Aennius ip̃e pater dũ pocula ſiccat ini
qua: Hoc vitio tales fert̃ meruiſſe dolores.
Articulo las.ſignificat iungo: ⁊ quaſi articulũ:id eſt no
dũ nodo appono. Augꝰ lib.xiiij.de ciuit̃.dei. Neꝫ ea
ſola mẽbra mouemus ad nutũ/quę cõpactis articula
ta ſunt oſſibus: ſicut pedes ⁊ manus ⁊ digitos.
Arto tas: ſępe vrgeo. Hiero.in ꝓlo. Iudith. Et ſepo/
ſitis occupationibus quibus vehementer artabar:
huic vnã lucubrationẽ dedi. Hinc cõponitur coarto
ſimul continenter arto/ſtringo. Lactan.lib. vij. Tũc
annus breuiabit̃/et menſis minuetur: ⁊ dies in angu
ſtum coartabitur. Liui.libro.ij.de bel.pun. Anguſtę
fauces coartãt iter. Inde percoarto: quod eſt maxi/
me vel perfecte conſtringo. Col.lib.ij. Tũc demũ cõ
uertemus: ⁊ vtrũꝫ ſiccatũ percoartabimus i ſtrigã:
atꝫ ita maniplos vinciemus.
Arſaces pe.corre.nomen ꝓpriũ parthoꝝ regis:cuiꝰ me/
morię hunc honorẽ parthi tribuerũt ꝓpter quęſitũ cõ
ſtitutũꝫ regnũ: vt oẽs deinde reges ſuos arſaces ap
pellauerint: ſicut dicti ſunt ęgypti Ptolemei.
Arſis latine/vocis eleuatio/ ſicut et theſis poſitio vo/
cis: vt arma:ar/eleuatio:ma/poſitio eſt. In his duo/
bus ꝑ diuiſionẽ pedes legittimi colligunt̃.
Artaba: menſura apud ęgyptios ſextarioꝝ.lxxij.cõpo/
ſita ex numero propter ſeptuagintaduas gentes quę
orbem impleuerunt.
Arthabanus: nomẽ parthoꝝ regis ex arſacidaꝝ gene/
re qui inimicus. Ty. Ceſ.armeniã inuaſit.
Artanes: fluuiꝰ ſcythię tracię in Iſtrũ defluens.
Artemiſius apud Macedones menſis Maius dicit̃.
Quo noie etiã vocatur mons Arcadię: ſicut ſcribit
Plinius libro.iiij.
Artemiſia Mauſoli Carię regis vxor:quę inſignis pu
dicitię fuiſſe perhibetur: et virũ vltra humanę affe/
ctionis fidem amaſſe creditur. Nã cũ nobiliũ poeta/
rũ atꝫ hiſtoricoꝝ laudibus prȩdicetur: in hoc vl' ma/
xime ꝙ defunctũ maritũ ſic ſemꝑ amauit vt viuũ: et
mirę magnitudinis extruxit ſepulchꝝ: intantũ vt vſ/
ꝫ hodie om̃ia ſepulchra precioſa ex noie eius Mau
ſeola nuncupentur. Eſt et Artemiſia herba ab Arte/
miſia Mauſoli vxore: vl' ab Artemide dea cognoia
ta. Eius duo ſunt genera. Altera latioribus folijs: al
tera teneri oribus: et non niſi in maritimis naſcens.
Sunt qui in mediterraneis eodẽ noie appellãt ſimpli
ci caule/minutis folijs:quã quidã bothryon/alij am/
broſiã vocãt:quã Pli.ambroſiã putat ꝗ in Artemi/
ſio mõte dicit̃ abundare:a qua etiã nomẽ ſortita eſt.
Artemiſium (vt Demoſthenes pro Cteſiphone do/
cet) promontoriũ Euboeę ẽ. Et artemiſiũ lucus eſt ꝓ
pe Ariciã dianę ſacer: quaſi dianũ dictũ latini nemo/
renſe dixerunt. Unde et nemorenſis rex dictus eſt ſa/
cerdos illius religionis.
Artemon onis.penul.produ. Nam grece αρTημων

## A Ante S

dicitur/ſiue artemõ quodq; quidam malum/quidam velum intelligunt nauis ampliſſimũ: quod extenditur quaſi arrectus temo: vt in Actibus apoſtolicꝫ. Artemone leuato ſm̄ aurę flatum tendebant ad litus. αρτημων. ροσ εξ αρτειν τουτεστι ταρειν και εμπεταρρωειν.

Artaxares: nomen proprium Xerſis filij: qui longimanus dictus fuit: quoniã manũ alterã haberet longiorem. Hic aiebat beneficiũ addere longe magis regale eſſe q̃ auferre. Fuit et alius Artaxerſes Cyri iunioris frater/cognomento memor. Hic cũ pauper quidã malũ ingẽtis magnitudinis ei obtuliſſet: iucunde ſuſcepit ꝑ ſolẽ inquiens: Hic is mihi videt̃: quẽ vrbẽ quoq; ex pua magnã reddere poſſe exiſtimẽ.

Artaxata/Armenię ciuitas.

Arteria latine: ſignificat venã vitalẽ: ſeu ſemitã in qua eſt vitalis ſpiritus. Gel. Arteria eſt conceptaculum ſpiritus naturalis mixti confuſiq; cũ ſanguine: ĩ quo plus ſpũs eſt et minus ſãguinis. Cice. lib. iij. ad Heren. Ledunt̃ arterię ſi anteq; vox bñ ꝑmulſa eſt: acriore complent̃ clã ⁊ interuallis lõgioribus vti conueniet. Recreat̃ em̃ ſpiritu vox: ⁊ arterię cõticendo requieſcunt. εξ αερος και τηρω αρτερεια γινεται. Unde quidã doctus fecit dactylũ in primis trib⁹ ſyllabis/q̃ ridicule alij viderint.

Artocrea eę. ⁊ artocreas eę. maſ. generis: epulũ ex pane et carne. Per. Artocreaſq; popello.

Artocopus pe. cor. piſtor ſeu factor panis: ſed ꝓ diſpẽſatore ſiue ꝯſeruatore accipi ſolet: quaſi qui in pane laborat. Nã αρτοσ panis: κοποσ labor.

Artopteſij panes dicti ab artopteſia inſtrumento panibus coquendis in clibano accõmodato: cuius meminit Plautus in Aul.

Artopticius panis: q̃ ex fermẽto duriore conficit̃/torreturq; in artopta. Pli. lib. xviij. Siliginea farinę modi⁹: gallice vigintiduas libras panis reddit. Italice duab⁹ tribuſve ampli⁹ in artopticio pane. Nã furnaceis binas adijciunt libras in quocunq; genere.

Artopta a quibuſdam dicit̃ mulier quę coquit panem in clibano vel furno: πτάω coquo. Plau. i Au. Ego hic artoptã ex ꝓximo vtẽdã peto. At Jul. Pollux dicit eſſe inſtrumẽtũ artocopi/ĩ quo panes torrebant̃.

Artolagonũ pe. cor. gen⁹ panis ſiue placẽtę ex ſimila ĩ oleo coctę in patella. In eo ponit̃ pax vini cũ pipere ⁊ adipe vel modico oleo: eſt em̃ panis q̃ habebat̃ in delicijs: a laganis nomẽ habẽs ꝓpter candorẽ.

Aruica pe. pro. genus frumenti.

Aruina pe. ꝓdu. durũ pingue inter cutẽ et carnẽ: vt auctor eſt Ser. Uirg. lib. vij. Pars leues clypeos: ⁊ lucida ſpicula tergunt Aruina pingui.

Arundo: aquaticus frutex omibus not⁹. Et qm̃ ex arundinibus fiebant ſagittę: qñq; arundo ponit̃ ꝓ ſagitta. Uirg. Perq; ilia venit arundo. Hinc arundineus a. um. Hiero. lib. iiij. Reg. An ſperas in baculo arundineo atq; confracto egypto?

Arundinetũ: locus vbi arundines cõſitę ſunt: ſicut ſalicetũ/oliuetũ/ et hm̃õi: vt eſt illud: Fulgebunt iuſti: et tanq̃ ſcintillę in arundineto diſcurrent.

Aruſpex: vide infra in dictione Haruſpex.

Aruum: ab arãdo dictũ: ager aratus/ necdũ ſatus: q̃ eñ ſementi datur. Salu. Quia numidę pabulo pecoris magis q̃ aruo ſtudent.

Arx ab arceo: q; arcet: id eſt prohibet hoſtes accedere. Eſt em̃ locus vrbis vel in monte ſitus/natura munitus. Inde etiã ſummitates montiũ et cuiuſcũq; altitudinis: ex quibus facile poſſũt depelli hoſtes/arces dicunt̃. Huius dimi. eſt arcicula.

Arymphei: populi ſunt: de quibus Ammianus ſic habet. Ubi montes ryphei deficiunt Arymphei inhabitãt: iuſti hoĩes ⁊ more placiditate cogniti.

As aſſis: libra a grecis: mna: mina a noſtris/interpoſitione i litterę: quę ex. xcvj. drachmis conficit̃/ſiue duodecim vncijs. Uncia ṽo ab vno dicit̃. Sextãs vncię duę: quaſi ſexta pars aſſis. Quadrãs: vncię tres: quarta pars qui et triunciũ dicit̃. Triens quattuor vncię tertia ꝑs. Quincunx: vncię quinq;. Semis: vncię ſex dimidiũ aſſis: ſiue ſelibra: id ẽ media ꝑs librę: quaſi ſemis as. Septunx: vncię ſeptẽ: a ſeptem et vncia. Bes: vncię octo/dempto trientę: quaſi des. Dodrãs: vncię nouẽ dempto quadrãte: quẽ ⁊ nonnũciã dicimus. Dextans: vncię decẽ: dictus quaſi aſſi deeſt ſextãs. Deunx: vncię vndecim: quaſi vnica/ dempta ex aſſe vnica. Aeris autẽ minima pars ſextula dicit̃: ꝙ ſit ſexta pars vncię. Semiuncia: ꝙ ſit dimidia ꝑs vncię. Silicum dictũ eſt/ꝙ ſemiunciã ſecet. Et ſciendũ/ꝙ veteres volentes aliquid diuidere in ꝑtes ęq̃les/vt hęreditatẽ et quiduis ſimile: id aſſem appellauerunt/et partes vncias. Unde illud Plinij de luna. Haud dubium eſt lucere dodrãtis ſemiuncias horarum ab ſecunda adijcientẽ vſq; ad plenũ orbẽ. Unde etiã habemus: ex aſſe hęredem fecit: id eſt totius hęreditatis. Sueto. in Cęſare. Nouiſſimo teſtamento tres inſtituit hęredes ſororum nepotes. Octauium ex dodrãte. Pinariũ et pediũ ex quadrãte. Interdũ dicitur nũmus libralis/ex ęre deductũ nomen. Hora. Quem ſi diminuas vilẽ redigatur ad aſſem. Similiter triens/quadrans. Interdum hę partes aſſis apud poetas accipiuntur pro calicibus a menſura. Proper. Cum fuerit multis exacta trientibus hora. Mar. Te conuiua leget muſto quincũce. Cõponit̃ autem as cum eo quod tres: vt treſſis. Per. Hic dama eſt nõ treſſis agaſo. Octo ⁊ as octuſſis. Horaci. Quanti emptę? parui: quãti ergo? octuſſibus. Et ſic ꝑ omnes numeros vſq; ad centũ: vt centuſſis. Per. Et centũ grecos curto centuſſe licetur.

Aſarotũ penul. ꝓdu. pauimentũ picturę arte elaboratum/a grecis inuentũ/ſic dictum/ꝙ verri nõ debeat. Nã deducitur ab α priuatiua particl'a/et σαιρω μι σαρω πσεσαρα verro/ſcopo. Scopa q̃q; a grecis ſaros dicit̃ και το καλυντρον. Solebant quippe purgamenta cęnarũ quę analecta vocãtur/ in pauimento quoq; euerri: dũ ſubtegulanea pauimenta in vſu erãt: poſtea aſarotis inuentis ceſſauit vſus ſcoparũ manibus colligi purgamẽta cęperũt: pauimenta ṽo ſpõgijs mũdari. Xenodorus prim⁹ claruit in faciendis aſarotis: quę miro artiſicio ꝑuulis teſtulis in varios colores tinctis/⁊ imagines pictꝫ ſtrauit. Nã pergami in aſaroto colũbam effecit bibentẽ: q̃ aquã capitis vmbra offuſcabat alia cibi ęſcã arripiẽte. Papi. lib. Sil. Uarias vbi picta ꝑ artes Gaudet hum⁹: ſuberãtq; nouis aſarota figuris.

Aſbiſtę: populi lybię: apud quos vulgatiſſimũ templũ inter medias yrenas conditũ eſt.

Aſbeſtus latine inextinguibilis: ⁊ nomen lapidis eſt: q̃ cũ ignẽ habeat ꝓpriũ: alieno tamẽ ſic ardet/vt nõ poſſit extingui. Aug⁹ lib. xxj. de ciui. dei. Aſbeſton arcadię lapidẽ ꝓpterea ſic vocari: ꝙ accẽſus ſemel iã non poſſit extingui. εξα και σβεννυω γινεται.

Aſcalon pe. corre. ciuitas Paleſtinę: a qua Aſcalonitę homines in ea nati.

Aſcalonia: cepe genus/ ꝙ in aſcalone plurimũ naſcat̃. Uide in dictione Cepe.

Aſcalabotes latine ſtellio ſiue tarantula: dicit̃ qꝺ apud gręcos aſcalos circulus eſt. Stelliones autẽ circulis quibuſdam depicti ſunt: et veluti lucentibus guttis in modum ſtellarum.

Aſcanius: nomen Enęę filij. Quo etiam noĩe dictus eſt lacus in Phrygia: ⁊ fluuius ex eo oriẽs aſcania ciui/

tate: quã cõdidit Aſcanius Enee fili⁹. Eſt ⁊ lac⁹ Aſcani⁹: vñ ipſa regio Aſcania: vt ſcribit Stra. lib. xij. que gemina eſt: altera phrygia: altera myſie.

Aſcendo dis. ex ad et ſcando. ſed d abijcitur: ſignificat ſurſum ſiue ad aliquid ſcando. Hinc aſcenſio ⁊ aſcenſus: ꝓ aſcendendi actu. Aſcenſiones etiam ſunt que a grecis ſyncatatheſes: he ſunt ſine quibus multa comprehendi et percipi ſenſibus nõ poſſunt: nec memoria quoq̃ nec noticie rerũ: nec artes ſine aſcenſiõe cõſtare poſſunt. Per aſcenſionẽ eñ cognita approbamus. Aſcenſiones has ſiue approbatiões voluntarias eſſe ſcribit Gell. fieriq̃ hoim arbitratu: quib⁹ viſa noſcunt̃ dijudicanturve.

Aſclepiades/nomen hiſtorici cyprij: qui fuit tẽpe quo Pygmalion regnabat in oriente: quo etiam tempore ſcribit eſum carniũ nõ fuiſſe. Alius fuit phs cecus: quẽ ferũt (vt Cice. lib. v. Tuſ. ait) Cũ quidã quereret quid ei cecitas attuliſſet: reſpõdiſſe vt puero vno eſſet comitatior. Fuit ⁊ ali⁹ Aſclepiades pruſiẽſis medicus: qui lapſu ſcalaꝝ interijt. Fuit ⁊ alius Aſclepiades: a quo carmẽ aſclepiadeũ dictũ eſt.

Aſcite arabes dicti ſunt ab viribus: quos greci Aſcos vocant: qm̃ bubulos (vt Plini⁹ inquit) vtres binos ſternẽtes/pyraticã exercent.

Aſcra: vicus Boetie in aſpero et ſterili loco in dextera parte Heliconis Heſiodi patria. De Heſiodo multa ſcribunt greci: ⁊ quo pacto fuerit interfectus Plutarchus in ſympoſijs lib. v.

Aſcia cũ c poſt ſ. ab aſcindẽdo: carpentarioꝝ inſtrumẽtum eſt. Hui⁹ dimi. eſt aſciola.

Aſcio as. aſcia cedo: quo verbo vſus ẽ pater me⁹ Aug⁹ ſuper pſal. Et ſi adhuc nodoſũ ⁊ curuũ ⁊ corticoſum: tñ ꝙ dolet̃: aſciet̃/deplanet̃: ⁊ poſſit venire ad aliquã fabricã vſus humani.

Aſia ſine c. nomen eſt tertie partis orbis quo ad numerũ. Nã quo ad magnitudinẽ dimidia reperit̃. Eſt autẽ duplex: maior ſcꝫ ⁊ minor: qua Phrygia et Lycia cõcludit̃. Alij diuidunt eã: vt vnã cõcludat ab oriente Phrygia ⁊ Lycaonia: altera ab oriente determinet̃ Armenia minore. Dicta ẽ aũt Aſia ab aſia nympha oceani/⁊ Tethyos filia Iapeti coniuge/ ſiue ab Aſio manei Lydi filio. Ab Aſia fit aſius a. um: qr vt Priſci. inquit: in multis ꝓuinciaꝝ nominib⁹ ſil'ia ſunt deriuatiua ꝑmitiuis/⁊ appellatiua ꝓprijs: vt Ital⁹ ꝓpriũ eſt et gentile. Similiter Danaus/latinus/hiſpanus/ſiculus et ſicanus. Itẽ Aſianus a. um. aſiaticus a. um. que inuicẽ ꝓ poſſeſſiuis proferri pñt. Proprie aũt Aſius et aſiaticus poſſeſſiua ſunt: q̃uis et ꝓpria inueniant̃: vt Scipio aſiaticus/qui vicit Aſiã. Aſianus ꝓo gentile. Eſt ⁊ Aſia nomẽ paludis in Myſia ꝓpe Cayſtron fluuiũ: cui⁹ prima ꝓducit̃. Virgi. Iã varias pelagi volucres et que aſia circũ. Als corripit̃: vt Europa atq̃ aſia pulſus.

Aſcribo is. ex ad ⁊ ſcribo: ſed d abijcit̃: ſignificat adiungo. Unde aſcripti dicebant̃ qui in colonias noia dediſſent: vt ceteris colonijs adderent̃. Itẽ aſcpti milites/qui ſupplendis legionib⁹ aſcribebant̃: quos etiã accenſos dicebant/ꝙ ad legionũ cenſum eſſent aſcripti. Et velatos: qr veſtiti inermes ſequebant̃ exercitũ. Et ferentarios: qr de fundis lapidibus ꝑliaturi ea mõ ferrent que in hoſtes iacerent. Et rotarios: ꝙ id hoim genus anteq̃ acies coirent: in modũ rotãtis tẽpeſtatis dimicarent. Eſt ⁊ aſcribere: tribuere ⁊ imputare. Cice. Neq̃ eñ mihi negligentiam velim aſcribas. Sed hec magis per tranſlationẽ: cũ ꝓprie aſcribere ſit iuxta ſcribere.

Aſcriptitius: qui ad aliquã rẽ aſcriptus eſt: vel q̃ ex numero eoꝝ eſt qui ſe in alteri⁹ imperiũ dediderint.

A ſecreto vel a ſecretis: q̃ eſt ſoci⁹ ſecretoꝝ ꝯſiliari⁹.

Aſella poteſt eſſe dimi. ab aſina. Sed et locus ſub brachijs concauus aſella vocat̃/ſiue axilla. Uñ eſt illud: Abſcõdit piger manũ ſub aſella.

Aſion: noctuarũ gen⁹ maximũ: quos greci q̃nq̃ ſcopas vocant. Aliqñ nycticoraces. i. vlulas: ⁊ q̃nq̃ otos q̃ſi auritas: qm̃ plumeas ⁊ eminẽtes habẽt aures.

Aſilus pe. ꝓ. grece eſtrus a ſono vocis vulgo taban⁹ dicit̃. Virgil. Eſt lucus ſilari circa ilicibuſq̃ virentẽ Plurim⁹ alburnũ volitãs: cui nomẽ aſilo Romanũ eſt eſtrũ graij vertere vocãtes: Aſper acerba ſonãs/quo tota exterrita ſiluis Diffugiũt armenta.

Aſylum cum ypſilo: intemeratũ templũ eſt cõſecrationis lege cõceſſũ: ab α priuatiua particula/⁊ συλαω rapio/ſpolio/aufero violo ve. Alij ſicut exponit Ser dicit̃ aſylum quaſi aſyron: ꝙ inde extrahi null⁹ poſſet. Nã in id fugientes tuti erant: nec inde ꝑ vim extrahi poterãt: quod prius athenienſes: poſt Romulus cõſtruxit inter capitolium ⁊ palatium in ſacro luco quod quercetũ dicit̃. Unde pedian⁹: Totus ꝑpl's Romanoꝝ a ꝑncipio tres fuerũt tribus. Tacienſis vna a Tacio rege. Ramnes altera a Romulo. Luceres altera a Lucumone ſiue a luco: quẽ lucũ Aſylum vocauerat Romulus. De hoc Virgili⁹ lib. viij. Hinc lucũ quem Romulus acer aſylũ rettulit. Scribit Liui. lib. xxxvj. templũ Apollinis delij fuiſſe aſylum: aitq̃ ſacra templa a grecis vocari aſyla.

Aſin⁹: aial notũ: cui⁹ fe. eſt aſina: qꝺ datiuũ et ablatiuũ plurales ⁊ in is ⁊ in abus terminat. Hiero. li. j. Re. De aſinis q̃s nudiuſterti⁹ ꝑdidiſti ne ſollicit⁹ ſis: qr inuente ſunt. Hinc aſinin⁹ a. um: vt caro aſinina.

Aſinarius ria. riũ. quod ad aſinos pertinet: vt mola aſinaria.

Aſinarius: qui aſinos paſcit vel cuſtodit. Ca. Ager qñ inſtruit̃. cccl. iugerũ villicũ: villicã operarios bubulcos tres aſinarium.

Aſine es. pe. cor. oppidũ Achaie. Luca. lib. viij. Quas aſine cautes: ⁊ quas chios aſperat vndas.

Aſopus vel aſopis penul. ꝓdu. fluui⁹ Achaie: ab aſopo Egine patre ſic dictus.

Aſotus pe. ꝓd. laſciu⁹/ꝓdigus/popino/helluo. Mar. Viuis aſotos. i. laſciue/incõtinenter. Aſotia/ꝓpinatio/incõtinẽtia/luxus. Gel. Cedere equidẽ vobis debui: vt in tali aſotia. i. luxu/ꝓdigalitate atq̃ nequitia artium nos vinceretis. εξακαι σοζω.

Aſpera ra. rũ: qꝺ viſu vel guſtu vel tactu/ alio ve ſenſu inſuaue eſt. Aug⁹. Aſpeꝝ diſcrepantia cõiũctaꝝ partiũ facit. Aſperitatẽ nãq̃ non gignit niſi inequalitas partiũ: vt ſit lõgior vna/altera inferior. Lene illud ꝓprie videt̃ oſtẽdere/in quo poſitio partiũ ita apte pariliterq̃ digeſta eſt: vt nulla earum menſura vlterius emineat. Transfert̃ et ad alia que dura ſunt. Teren. Aſperum pater hoc eſt aliud ſodes para. Unde ⁊ ꝓ nocente q̃nq̃ capit̃. Virgi. Aſper acerba tuẽs. Et ꝓ iniquo. Idẽ. Tũ aſpera Iuno. Ci. in Lel. Monere ⁊ moneri ꝓpriũ eſt vere amicitie: ⁊ alterum libere facere/nõ aſpere: alterũ libenter accipere/nõ repugnanter. Huius dimi. eſt aſperulus.

Aſper nũmus videtur dici ab eo ꝙ in aſperitatẽ cuſus ſignatuſq̃ eſt. Perſius. Quid aſper vtile nũmus habet. Sue. in Nero. Exegitq̃ ingenti faſtidio ⁊ acerbitate nummũ aſperũ.

Aſpero ras. aſperum facio. Col. lib. ix. Iunctis parieti modicis aſſerculis qui paulum formatis gradib⁹ aſperantur/ne ſint volantibus lubrici. Virgi. ꝓ coagulum ſiue duꝝ facio poſuit lib. iij. Et glacialis hyems aquilonib⁹ aſperat vndas. Hinc cõponit̃ exaſpero/qꝺ eſt valde aſpeꝝ facio. Hiero. ad Helioꝺ. Mollẽ ocio manũ durus exaſperat capulus. Per trãſlationẽ. Quinti. Rẽ verbis exaſperauit.

Aſparagus penul. cor. ꝙ ex aſperis virgultis legatur. Mar. Mollis in equorea: que creuit ſpina Rauenna. Nõ erit incultis gratior aſparagis. Sunt qui nõ

ab aſpitate/ſed a lingua chaldea deducant:quia chal
dei aſparagos appellant herbã que creſcit in virgul
ta et in caulẽ. Huiꝰ duo ſunt genera/hortenſe ⁊ ſilue/
ſtre. Sed incultũ gratius eſt.

Aſpergo gis.ſi.ſum. ex ad et ſpargo: quaſi ad aliquid
ſpargo/vel aliquantũ madefacio. Plautꝰ in epi. Ab
guttura pectꝰ mihi ardens aſperſiſti. Virg. li.iij. Ge
or. Aut tecto aſſuetꝰ coluber ſuccedere ⁊ vmbre Pe/
ſtis acerba boum pecoriq; aſpergere virus.

Aſpergo inis.tã maſ.q̃ fe.generis: gutta terre cruore
permixta. Sta.lib.vij. Diraq; aſpergine latos Mu
tat agros. Am. Et cautes niuea rorãt aſpergine.

Aſpergillum:inſtrumentũ quo nos aquis ſacris aſper/
gere ſolemus.

Aſpernor aris.ab aſpergo fit:ſignificatq; recuſo/auer
to/nõ ignoſco/faſtidio.

Aſpernabilis:q̃ eſt dignꝰ vt aſpernet̃. Gell. Nõnunq̃
apud meipm̃ ſoleo res eiuſmodi paruas q̃dẽ minu/
taſq; ⁊ hominibꝰ nõ bñ eruditis aſpernabiles.

Aſphaltum latine dici poteſt tutamen:a verbo ἀσφα/
λιζω quod eſt tueor. Quo nomine dictus eſt lacus
Syrie in prouincia/que hactenus Pentapolis dicta
fuit:ſic dictus:quia nihil viuum in eo ſubmergit̃: vñ
mortuũ mare ab hiſtoricis nominat̃. Aſphaltũ etiã
bitumen dicitur.

Aſpicio is.ex ad et ſpecio. e in i.mutata: q̃uis Priſci.
aſpicio compoſitũ dicat. Varro eñ habet Specta/
re dictũ ab antiquo:quo etiam Aennius vſus ẽ. Vos
epulo poſtq; ſpexit:et quod in auſpicijs diſtributum
eſt:qui habent ſpectionem quã nõ habebant:⁊ quod
in augurijs etiam nũc augures dicunt̃ aues ſpecere.
Cõſuetudoq; cũ prepoſitio verbis coniuncta fuit eti
am ſeruat: vt aſpicio/conſpicio/deſpicio/reſpicio:ſic
alia. In quo ſpecto:q̃d ſpectare volo. Hinc ſpecula
et ſpeculũ:ꝙ in eo ſpecimus imaginẽ. Feſtus quoq;
ait: Aſpiciũ ab aue ſpecienda. Nã quod nos cũ pre/
poſitione dicimus aſpicio:apud veteres dicebat̃ ſpe
cio:quod naturaliter ſpexi ſpectum facit:quod ſpicio
facere nõ poteſt:a cuius ſupino legitime ex analogia
ſpecto frequentatiuũ format̃: vnde expecto et reſpe/
cto/⁊ alia hmõi ſunt compoſita. Preterea deriuata
nomina/ſpecula/ſpeculũ ⁊ ſpecimen/non ſolũ ſpecio
ſignificationẽ pre ſe ferunt/ſed etiã analogiã eius ſer
uant:naturãq; ipſiꝰ ſpecimẽ redolet: vt apud Plau.
in Caſi.oſtenditur. Nũc amici an inimici ſis imago
Alceſime mihi ſciã:nunc ſpecimen ſpecitur:nunc cer
tamen cernitur. Spicus ṽo ſpica/ ſpiculum et ſpecil
le: q̃uis cũ ſpicio quandã ſimilitudinem habeant: nõ
tamen ſignificationẽ ſi pro video ſumitur gerunt:nec
vllo pacto attingunt. Miror igitur cũ Priſci. aliter
ſenſerit: p̃ſertim cũ in denominatiuis dixerit. A ſim
plici quod in vſu nõ eſt ſpecio is.ſpeculũ ꝓ ſpeciculũ
per ſyncopam ci euphonie cauſa. Et paulo infra. A
ſpecio is.vel a ſpecie ſpecimen. Eſt autẽ aſpicere ad
aliquid oculos intendere. Plau.in Aſi. Si quẽ aliũ
aſpexerit ceca continuo fiet.

Aſpecto as.ſepe aut fixe aliquẽ intueor. Plau.in Am.
Celum aſpectat:obſeruabo quã rẽ agat.

Aſpectus us.ſumit̃ ꝓ viſu intuitu cuiuſcũq; animalis:
vt horridus aſpectu.i.viſu horribilis:⁊ qui effigiem
habet horridã. Transfertur etiã ad inanimata. Pli.
Prerupta rupes et aſpectu horrida.

Aſpiro ras.penul.ꝓducta:ex ad et ſpiro: ſed s abũcit̃.
Et ꝓprie aſpirare ſignificat afflare. Virgil. Aſpirant
aure in noctem. Per tranſlationem ſumitur pro ole/
re. Ambro.ſuper Lucã. Bonũ odorem ſanctificati/
onis aſpirant. Interdum ꝓ auxiliũ prebere/ fauere.
Virgil. Aſpirat primo fortuna labori. Interdum ꝓ
incumbere/et quaſi toto ſpiritu intentũ eſſe: vt Sci/
pio aſpirat ad conſulatũ. Interdum pro iungere/iu/
xta accedere/ſeu ꝓpe tangere. Gel.libro.j. Ad horũ
autẽ ſinceritatem/ veritatemq; verbor̃/an aſpiraue/
rit cecilius conſideremus. Cice. Treba. Vitra etiã
accerſitũ ab eo ad quem ceteri nõ propter eius ſup/
biã:ſed ꝓpter occupationem aſpirare nõ poſſunt. Eſt
quando ſignificat inuadere/ ſeu quaſi ad aliquẽ ire:
vt de diuo Vincentio legit̃. Cũ apud Ceſarauguſta
nã ciuitatẽ Datiano cuidam preſidi ſeuiendi in chri/
ſtianos rabies aſpiraſſet ⁊ ce. Lic. Aliter nunq; (in/
quit) aſpirant ad curiã.

Aſpis idis.ſerpens paruꝰ q̃ veneno ſuo queq; viuentia
cõcite occidit:oua gignit ex quibus filij procreantur.
Sunt autẽ plures aſpidũ ſpecies diſpareſq; effectus
ad nocendũ: vt ſcribit Solinꝰ. Appellaturq; ſomni/
culoſa aſpis:ꝙ ſomnũ letiferum percuſſis immittat.
Eſt et nomẽ inſule ꝓpe cycladas. Sunt et alie hoc no
mine in Lycia ⁊ Caria. Eſt ⁊ nomen vrbis que a lati/
nis clypea dicit̃. Sir. In clypei ſpeciẽ curuatis turri
bus aſpis. Stra. Coſura inſula eſt ante aſpidem ſita
carthaginẽſem vrbẽ:quã clypeã vocant.

Aſportare:quaſi hinc alio portare. Cuius contrarium
eſt importare:quod eſt aliunde huc portare.

Aſſa nomen regis iudeorum:qui nõnullas vrbes in iu/
dea condidit.

Aſſaradõ: vltimꝰ aſſyrior̃ rex ⁊ Sẽnacherib filius.

Aſſarius nũmus: ſiue genus põderis. Joſephus li.iij.
Are dei aſſariũ offerunt et vnã drachmã. Idẽ. Quat
tuor drachmis venderet̃ aſſarius.

Aſſecla:ab aſſequẽdo nomen deductũ:⁊ ſignificat eum
qui dñm ſequitur:⁊ qui omnibus imperijs domino/
rum adeſt:ho: eſt preſto eſt: vel qui iuxta voluntatem
alterius quid ſequit̃. Liui.li.v. Et eo deuolui rẽ: vt
aut patricij/aut patricior̃ aſſecle habẽdi tribuni ple/
bis ſint. Hiero. Seruꝰ paternꝰ ⁊ alumnꝰ ⁊ formoſus
aſſecla ⁊ ꝓcurator calamiſtratꝰ honorãdus eſt.

Aſſector: comitatũ p̃ſto. Vide in dictione Deduco.

Aſſequor penul.corre. ꝓprie ſignificat iuxta ſequor. Li/
uiꝰ lib.xxxviij. Tantũ moratus dum Eumenes cum
claſſe aſſequeretur ſamũ petere intendit. Vide in di/
ctione Reuolu: autoritatẽ. Cic. Quãdo q; ponĩt ꝓ
acquiro/obtineo: vt Hic aſſecutꝰ eſt maximas digni/
tates. Nõnq; ꝓ equo ſiue attingo. Cice. Nullã partẽ
videar tuor̃ merito aſſecutus.

Aſſentio tis.ſi ſum.conſentio:cuius ſignificationis eſt
et aſſentior. Lactã. Cui opinioni poeta noſter aſſen/
ſit. Cice.lib.de repu. In quibus aſſentior ſollicitam
et periculoſam iuſticiam non eſſe ſapientis. Hinc aſ/
ſenſus pro cõſenſu.

Aſſenſor: q̃ alicui aſſentit. Cic. Torcinio. Quotidie cõ/
memorabã te vnũ in tãto exercitu mihi fuiſſe aſſenſo

Aſſentor aſſentaris: ſignificat inſidioſe ⁊ conci (rem.
liande alicuiꝰ vtilitat. gratia effuſius:⁊ plerãq; falſo
quempiam laudo.

Aſſero is.pe.cor.aſſeui aſſitum:iuxta ſemino/vel iuxta
planto. Cato de re ruſ. Arbores facito: vti bene ma/
turate ſint: viteſq; vti ſatis multe aſſerantur:⁊ ſic vbi
opus erit de arbore deijciant̃. Aſſero ṽo ris. aſſerui
aſſertũ:ſignificat affirmo/approbo. Hiero. ad Da/
ma. Primũ eñ aſſerunt eius fuiſſe peccatũ/ ꝙ nõ re/
cte diuiſerit. Interdum ſignificat approprio/attraho/
vendico. Liui.lib.iij. M. claudio clienti negociũ de/
dit/ vt virginẽ in ſeruitutẽ aſſereret. Itẽ ibi. Cũ reuel
leretur aſſertor virginis a globo multor̃. Vbi aſſer/
tor ſignificat illũ clientẽ decẽuiri qui virginẽ aſſerere
volebat in ſeruitutẽ. Aſſerere manũ veteres dicebãt
cõprendere/cum eam prendebant in libertatẽ. Hinc
aſſerere etiã pro tueri ac liberare/ ſeu in libertatẽ re/
ſtituere accipit̃. Pli. Marco ſuo cõmendabat me/
moriã ſuã:orabatq; vt ſe ab iniuria obliuionis aſſere/
ret. Et aſſertor defenſor. Mar. Aſſertor venias ſa/

tiſcꝫ prȩſtes. Quemadmodū deſertor qui patriā in/
defenſam reliquit/⁊ quaſi ꝓditor eſt. Idē. Qui loqui
tur curios aſſertoreſcꝫ camillos.

Aſſeres: tabulȩ ſectiles dicti ſunt ab aſſidēdo: ꝙ admo/
ueantur hȩreantcꝫ parietibus trabibuſcꝫ. Huius no
minatiuꝰ ſingularis eſt aſſis aſſeris/ſicut puluis pul/
ueris. Pli. Verniſcꝫ aſſeribus cōtabulare pauimen/
ta oportet. Hinc aſſo as. de quo infra. Palladius fȩ
minino genere vſus eſt cū ait: Aſſeres quernȩ cū eſcu
leis nō miſceanꝰ. Aſſerum ſtructurā coaſſationē vo/
camus/⁊ a tabulis tabulationem. Interdum aſſeres
accipiunꝰ ꝓ lignis quibus vtebantur lecticarij. Sue.
in Cali. Ad primū tumultum lecticarij cū aſſeribus
accurrerunt. Huius dimi. Aſſerculi. De quo exem/
plū babes in dictione Aſpero as. Dicitur et aſſis is.
Unde ⁊ dimi. aſſiculus. Col. lib. vij. Aſſibꝰ roboreis
compingitur ſolū: nec exire alia parte ꝓhibentibus
aduerſis aſſiculis. Varro poſuit primitiuū: Aut ex
aſſibus dentatis cū orbiculis: quod vocant ploſtenū
penicum: in eo quis ſedet vt agitet quȩ trahāt iumen
ta. Hinc fit aſſula diminutiuū.

Aſſeuero as. a ſeuerus deducitꝰ. Et eſt aſſeuerare pro/
prie inter ipſa argumēta ꝓbationeſcꝫ vim animi mo
tūcꝫ quaſi quandā ſeueritatē admiſcere. Quin. Alte
ra ex aſſeueratione ꝓbatio eſt. Ego hoc feci: tu mihi
hoc dixiſti. Aliqñ ponitꝰ ꝓ ſimpliciter affirmare.

Aſſcio: perfecte ſcio/affirmo vł attribuo: vt apud Col.
Uide in dictione Cōſciſco.

Aſciſco is. aſſciui aſſcitū. Ab aſſcio et accuſatiuū poſt
datiuū ſemper ferme poſtulat ꝓ aſſumo/ arrogo/ at/
tribuo. Quin. lib. vij. Quo in genere idē prȩcipue cu
ſtodiendū: ne id qꝺ ſimilitudinis gratia aſciuimus:
aut obſcurum ſit aut ignotū. Lactā. lib. iiij. Et illos:
qui temere ſapientū ſibi nomen aſſciuerant: erroris
ſtulticiȩcꝫ damnarūt. Aliqñ aſſciſcere eſt aggregare/
admittere. Liuiꝰ lib. j. Ne quid diuini iuris patrios
ritus negligendo/peregrinoſcꝫ aſſciſcendo turbare/
tur. Cice ꝓ Archia. Quod ſi mihi a vobis tribui cō/
cedi ꝗ ſentiā: perficiā ꝓfecto vt aulum luciniū nō mō
nō ſegregandū/cum ſit ciuis a numero ciuiū: verum/
etiam ſi nō eſſet/puteris aſſciſcendū fuiſſe. Huic cō/
trariū eſt deſciſco: qꝺ cū ablatiuo ſemꝑ cōſtruitꝰ cū a
vel ab. Et vltra abltīn aliqñ habet actīn mediāte ad.
Et diſſentio ſiue recedo ⁊ ab imperio: ductucꝫ alteri
us ſubtraho/rebello deficiocꝫ ſignificat. Liui. lib. ij.
Prȩneſte a latinis ad romanos deſciuit. i. rebellauit.
Pro diſſentio Gelł. poſuit. Eā rem Ceciliū nō incō/
ſiderate dixiſſe: necꝫ temere a menādro atcꝫ a multo
rū opinionibꝰ deſciuiſſe. Pro recedo. Lac. li. iiij. De
ſciuerunt a te/⁊ abiecerunt legē tuā.

Aſſido is. ⁊ aſſideo es. ambo habēt penul. cor/ambocꝫ
actiua: ⁊ aſſedi aſſeſſū faciunt: quoꝝ etiā reliqua tem
pora ſic ſimilia ſunt/vt nō facile dignoſcantur: ſicut ī
imperatiuo cū vtrūcꝫ aſſide faciat. Differunt tamen
inter ſe: ꝙ aſſido ſit q̄ſi aſſiſto/aſſideo quaſi aſto. Aſſi
do ſemꝑ cū motu eſt/⁊ de loco ad locū quandocꝫ ten
dit vt in quiete ſit: vt ſi quis eat vt ſedeat/ moretꝰ/hȩ/
reat/quieſcat: ſiue ſtet apud aliquid. Aliqñ etiam cū
paruo motu: vt cū quis in pedes erectus ſi eſt ſe ſeſ/
ſum apud aliquē ponat hunc aſſidere/tertiȩ cōiugati
onis dicimꝰ. De loco ad locū. Teren. in Heautō. ex/
emplū ponit: vbi Menedemꝰ ꝓpter filiū abitū anxiꝰ.
Chremeti ait: Domū reuertor mȩſtus animo pertur
bato atcꝫ incerto ꝓ ȩgritudine aſſido: accurrūt ſerui
ſoccos detrahunt. De ſtantibus ꝟo in pedes. Sał.
de Cicerone in ſenatu orationē cū habuiſſet/ inquit.
Sed vbi ille aſſedit Catilina/vt erat paratus ad diſ/
ſimulanda omnia demiſſo vultu/voce ſupplici poſtu
lare a patribus/ne quid de ſe temere crederent. Ci. ī
fragmento academicoꝝ. Et ſimul aſſidamus inquā ſi
videtꝰ: ſane iſtud quidē inquit: ſum eñ admodū infir/
mus. Aſſideo autē quaſi iuxta ſedeo ſine motu et in
loco ſemper eſt aut hȩrens aut ſedēs apud aliquid.
Hiero. ad Augł. Dū eñ languenti multo tēpore aſ/
ſidemus. Cice. ꝓ Planco. Huic aſſidēt/ꝓ hoc labo/
rant. Plau. in Ru. Ut fortunati ſunt fabri ferrarij q̄
apud carbones aſſident. De his duobus aſſide ī im/
peratiuo facientibus hoc erit exemplū. Duo hic ſu/
mus. Ego ſedeo/ et dico platoni nō ſedenti: Aſſide.
Tum ab aſſido eſt. At ſi ambo ſedemus: et plato aſ/
ſurgere cupiā velit: nolimcꝫ ego vt aſſurgat: dicam
cꝫ ei: Aſſide: tunc ab aſſideo fit. Et licet ſedeo neutꝝ
ſit: aſſideo tamen actiuū eſt ſꝫm Priſcianū: nam aſſi/
deor facit paſſiuū. Saluſt. lib. iiij. hiſto: Amiſſumcꝫ
aſſideri ſine prȩlio audiebat. Uerum Cicero et Hie/
ro. cum datiuo iunxere: ſicut modo monſtratū eſt. Si
militer Plini. lib. xxxiij. Nos vidimus Agrippinam
Claudij principis edēte eo naualis prȩlij ſpectaculū
aſſidente ei indutam paludamento auro textili ſine
alia materia. Aſſido etiam tertiȩ cōiugationis. Sa/
lu. in Iug. cum actō iunxit. Sed Hiempſal qui mini
mus ex illis erat/natura ferox: etiā antea ignobilita/
tem Iugurthȩ deſpiciens: atherbalē dextra aſſedit/
ne medius ex tribꝰ quod apud Numidas honori du
citꝰ Iugurtha foret. Uidetur ꝙ aſſedit ſignificet iuxta
ſe ſedere fecit. Sed alio modo actiue capitur: ſicut ſi
dicamus. Hiempſal atherbalem dextra adijt: ita hi/
empſal atherbalē dextra aſſedit dictū eſt: ꝙ ita ſoluē/
do clareſcit hiempſal ad atherbalē: id eſt iuxta ather/
balem dextra ſedit. Sic etiam fit in illo Saluſtij ex/
emplo. Aſſideri ſine ꝑlio audiebat: id eſt iuxta oppi/
dum amiſſum ſederi audiebat. Hoc etiam oſtenditꝰ ī
obſideo et circūſideo ſi ſoluanꝰ: vt Obſideo pontē:
ſignificat ſedeo ſiue ſto circū pontē. In obſido quo/
cꝫ et circumſido fit ſꝫm vim prȩpoſitionū: vt ſupra di
ctum eſt in Saluſtio. Oppidū circumſedit: id eſt ſe/
dit circū oppidum. Sed quia ſido actiuū/ſedeo vero
neutrum: ideo inter ea quȩ a ſido/et ea quȩ a ſedeo cō
ponūtur: quis in ſignificatione differant: hoc etiam
intereſt/ꝙ in his quȩ a ſido componunꝰ: ſi prȩpoſiti/
onis eorum ſolutio fiat: omnino cōſtructio remanebit
actiua: quia tunc ſido accuſaiuum in ſe incluſum gerit
ſubaudiendū per tranſlationē reciprocam: quod nō
fit in cōpoſitis a ſedeo: etiam ſi actiua erant: vt eſt aſ/
ſideo/obſideo: Or ſi ꝑpoſitionē ſoluamus: Amiſſum
oppidū aſſideri audiebat: erit ſederi iuxta amiſſū oppi/
dū. Hic nullus accuſatiuus incluſus ſubaudiendꝰ exi
gitur: quia ſedeo neutrū eſt: et iuxta vim prȩpoſitio/
nis adiungitur ⁊ quieſcit. In aſſido ſi ſoluatꝰ prȩpoſi
tio/alius actūs expoſcitur: quoniā a ſido actiuo com
ponitur: vt hiempſal dextra atherbalē aſſedit: id eſt
iuxta atherbalē dextra ſe ſeſſū locauit: vel dextra iu/
xta atherbalem ſe ſtatuit.

Aſſeſtrix fȩ. verbale ab aſſeſſor: q̄ iuxta ſedet: vt Da mi/
hi ſediū tuaꝝ aſſeſtricē ſapientiā. Sunt autē aſſeſſo/
res: quoꝝ officiū eſt aſſidere ꝑſidi atcꝫ cōſulere: atcꝫ
in his fere cauſis cōſtat cognitiōibꝰ/poſtulatiōibꝰ/li/
bellis/edictis /decretis/epiſtolis.

Aſſiduus: ab aſſideo/iugis/cōtinuus: ꝙ in ea re quam
quis frequenter agit cōſediſſe videatꝰ. Uñ aſſiduitas
diligentia/⁊ ecōtrario/reſides dicunꝰ ſegnes et oci/
oſi. Aliqñ aſſiduꝰ dicitꝰ frequēs: et aſſidue frequēter.
Uirgł. Aſſidue veniebat. Aſſidui etiā dicebanꝰ q̄ lo/
cupletes erant: ⁊ facile cū id tempus poſtulabat mu
nera populo prȩſtabāt. Et aſſiduus: qui aſſe ſuo: id eſt
ſua pecunia ⁊ ſine ſtipendio militabat. Et tunc ab aſ/
ſe. i. ȩre dando deducitur.

Aſſidelȩ menſe: ad q̄s ſedētes flamines ſacra faciebāt.

Aſſilio is. pe. corre. ex ad et ſalio: ſignifi. inuado/aggrē
dior. Oui. li. xj. metam. Cū ſȩpe aſſiluit defenſȩ mȩni/

bus vrbis. Et aſſilire dicit̃ de aialibus maribus cū feminas ineunt. Col. lib. vij. Nā niſi prius ea marē cōcivit aſſilientē admiſſariū calcibus ꝑturbat.

Aſſiſto is. vide in dictione Siſto.

Aſſis is. tabula ſectilis. Pli. Verniſq; aſſibus cōtabulare pauimēta oportet. Vide ſup̃ in dictiōe Aſſeres.

Aſſo as. tabulo: a quo coaſſo ꝓ cōtabulo. Victru. Cū aſſatū fuerit ſup altera coaſſatio ſtruat̃: clauiſq; fixa duplicē ħbeat cōtignationi loricationē. Pli. Neceſſarium binas ꝑ diuerſas coaſſationes ſuſterni capita eorū ꝓfigi clauis ne torqueant̃. Eſt et aſſo as. ꝓ torreo: a quo aſſatus: vt de diuo Laurētio. Aſſatus ſum: iā verſa ⁊ mā̄duca. Plaut⁹ tñ in Muſ. aſſus dixit. Ne faxis: nā elixus eſſe q̃ aſſus ſoleo ſuauior.

Aſſus a. um. quod eſt torrefactū. Proprie dicitur/ ſine pigmento alicuius saporis: quemadmodū merū ſolum dicimus. Unde aſſa voce veteres dixerunt ſola voce lingue: aut vocis humanę nō admixtis aliis muſicis. Var. In cōuiuiis pueri modeſti vt cātarēt carmina antiqua/ in quibus laudes erant maioꝝ et aſſa voce et cū tibicine. Cato. Melos autem in cantibus eſt bipertitū. Unū eſt quod in aſſa voce. Alterū qđ vocant organicum.

Aſſula dimi. ab aſſis tabella: a quo fit aduerbiū aſſulatim/ qđ eſt minutatim. Plau. Priuſq; pulſando exitium foribus aſſulatim dabo. Idē in Mene. Faciam quod iubes ſecurim captā ancipitē/ atq; hunc ſenem exoſſem: niſi dedolabo aſſulatim viſcera.

Aſula ꝑ ſimplex ſ. oppidum in agro Brixiano.

Aſſatura: fruſtū carnis aſſę. Hiero. li. ij. Re. Partit⁹ ē vniuerſę multitudini aſſaturā bubalę carnis.

Aſſuetus: vſitat⁹: ab aſſueſco cis.

Aſſumo is. penul. produc. mō ſignificat accipio. Cice. Neq; id onus inuitus aſſumpſit: mō nimiū tribuo. Idem. Si id mihi aſſumo: videor id mihi meo iure quodam vendicare.

Aſſur: iudeę ciuitas: quā ędificauit Salomō: Quo nomine dictus eſt filius Sem.

Aſſuerus (ſicut teſtat̃ Joſephus) fuit Cyrus Xerſis filius: qui poſt Dariū patruū Perſidę rexit imperiū. Hunc Cyrū dixit Artaxerſem apud grecos vocari: q̄ lōgiman⁹ cognoīatus: regnauit. xl. annis.

Aſſus: ciuitas troadis/ arte ⁊ natura munita. De qua ē illud Stratonici dictum: Qui celeri paſſu Aſſumit: mortis periculū adit. Ex aſſo fuit Cleantes ph̄s ſtoicus: qui Zenoni ſucceſſit.

Aſſyria: regio Aſię maioris: quę nūc Syria dicit̃: habens ab ortu Indiā: ab occaſu Tygrim fluuiū: a meridie Mediā: a ſeptētrione Caucaſum. Unde Aſſyriī/ qui poſtea Syrij ⁊ Syri. Hāc Porphyrio ⁊ acrō volunt prius dictam Syriam poſtea vna addita ſyllaba aſſyriā vocitatam: alij quadripertitā faciunt diuiſionē in Syrios/ Aſſyrios/ Leucoſyrios ⁊ Celeſyrios. Pli. duplicē Syriā aſſignat. Unā palęſtinā/ alterā antiochiā. Dicta eſt autē aſſyria: vt docet Aug⁹ lib. xv. de ciui. dei: ab aſſur filio Sem.

Aſt cōiunctio ponit̃ mō ꝓ ſed/ mō ꝓ atq;/ mō pro ergo/ mō ꝓ tā/ mō pro tū/ mō pro cum.

Aſta: ciuitas ęſtuaria inter ſacrum promontoriū ⁊ herculeas columnas. Et Aſta in Liguria: vrbs nō lōge a Nouaria diſtans. De hac Claudianus. Nec plus pollētia rebus Cōtulit auſoniis: aut męnia vindicis aſtę. Meminit et Plini⁹ lib. xxxv. Cum aſpiratione ꝟo aliud ſignificat.

Aſtu generis neutri/ vt cornu. Terent̃. in Eunu. An in aſtu venit? Et ſic pro vrbe ponitur. Nam aſty apud grecos vrbs eſt: ſed a latinis mutatur y i u. et fit aſtu: vt Priſcia. docet. Inde fit aſtus us. et aſtut⁹ et aſtutia. Ponitur et aſtu aduerbialiter ꝓ aſtute. Teren. i Eun. Ac ſi aſtu rem tractauit dij veſtrā fidē quantā/ ⁊ q̃ veram laudem capiet Parmeno.

Aſtutus/ ab aſtu vrbe caut⁹ dicit̃: in qua qui aſſidue verſati ſunt/ cauti fiūt. Vel aſt⁹: quaſi tut⁹/ ab arte: vt inquit Feſt. Hinc aſtutia: quę (vt auctor eſt Hiero.) eſt ſubtilitas cautelę rudibus incipiētibuſq; neceſſaria: per quā ſophiſmatū dignoſcere et quęrere verſutias poſſit: ne falſoꝝ fraudibus argumentoꝝ abducant̃ a ſimplicitate verę ſapientię/ quę ducit ad vitā. Hinc aſtatulus diminutiuū.

Aſturia: ciuitas hiſpanię: in q̄ aſturcones eq̄ gignunt̃.

Aſturcones equi: ab aſtutia oppido Hiſpanię ita appellati: quib⁹ nō vulgaris in curſu grad⁹/ ſed moll' alterno cruꝝ explicato glomeratio eſt. Pli. li. vij. In aſturia hiſpanię gignere Tieldones vocatos equini generis: qui quotiens minori forma ſūt/ aſturnones dicunt̃. Syrius. His paru⁹ ſonipes neq; marti notus: at idem Aut incōcuſſo glomerat veſtigia dorſo. Aut molli pacata celer trahit eſſeda collo.

Aſtura: flumen ⁊ oppidū maritimū in latio. Pli. lib. vj. Antiū inquit colonia flumen aſtura et inſula. Et lib. xxxij. Tenuit ⁊ noſtra memoria nauiū Caij principis ab aſtura antiū nauigantis.

Aſtur: qđ ab aſturia eſt. Mar. de aſturconib⁹. Hic breuis ad numerū rapidos q̄ colligit vngues: Venit ab armiferis gentibus aſtur equus.

Aſtaroth: antiqua ciuitas Og regis Baſan: in q̄ habitauerūt gygantes: ⁊ poſtea cecidit in ſortē trib⁹ Manaſſes regiōis Bethanię. Sūt aūt duo caſtella i Bethania hoc vocabulo: nouē inter ſe milib⁹ ſepata inter adarā et abellā vrbes.

Aſtages: nomē ꝓpriū fluuij in mare defluentis.

Aſtaphis pe. cor. vua paſſa dicit̃ ασταφισ grece.

Aſteiſmos: latine vrbanitas: et eſt trop⁹ multiplex numeroſeq; virtutis. Nā aſteiſmos putat̃ quicq̃d ruſtica ſimplicitate caret: ⁊ faceta ſatis vrbanitate exponit̃. vt apud Virg. Qui bauiū nō odit: amet tua carmina Meui. i. ꝓ pęna ei cōtingat/ vt diligat Meuiū peiorē poetā. Atq; idē iūgat vulpes/ ⁊ mulgeat hircos. i. faciat ea q̄ cōtra naturā ſunt. Nā αστειοσ vrbanus: αστειζομαι vrbanus ſum.

Aſter: ſtella vna. Aſtrū: latine ſid⁹: qđ cōſtat ex plurib⁹ ſtellis/ quę aliqđ ſignū componāt: vt Gemini/ libra/ et huiuſmodi. Dictū aſtrū ab αστραπτω/ quod eſt fulgeo. Et eſt aſter nomē ciuitat. Sciendū ꝙ in aſter a. um. terminata: nomina imitatiua ſunt: vt paraſitaſter: qui imitat̃ paraſitū. Philoſophaſter: q̄ eſt philoſophoꝝ imitator. Cic. Omino ſolet eſſe fuluiaſter. Surdaſter: dimi. eſt: q̄ eſt aliquantulū ſurd⁹. Similiter recaluaſter: qui nō eſt toto capite caluus/ ſed ſola fronte. Catulaſter: nō paruū catulū ſignificat/ ſed ipſū catulū. Pullaſtra: nō paruā pullā/ ſed paruā gallinā. Pullaſter: non paruū pullū/ ſed ipm pullū. Filiaſter: quo quidā vtunt̃ ꝓ priuigno/ non paruū filiū: ſed qui eū imitat̃ ſit filiaſtra. Oleaſter/ pinaſter/ menthaſtrū. Siliquaſtrū ꝙ ſilueſtria ſint olera: pinū/ menthā ſiliquāq; imitantia.

Aſteric⁹ ſeu aſteriſc⁹ dimi. ab aſter: ſignū eſt ad ſpęciē ſtellę ſimilitudinem: quo vtimur cū aliquid in ſcribendo omiſſū eſt. Hiero. Qui editioni antiquę Theodotionis miſcuit aſterico et obello.

Aſtrale: qđ ad aſtra pertinet. Unde aſtralia fata dicta ſunt ab Aug. lib. v. de ciui. dei.

Aſtrolabiū: inſtrumentū ex quo aſtroꝝ mot⁹ intelligūtur. εξ των αστρων και λαμβανω.

Aſtrologia: cū accentu i penul. aſtroꝝ regula: νομοσ latine lex et regula.

Aſtronomia: cū accentu in pe. aſtrorū ſermo vel ratio. Aſtrologia de curſu aſtroꝝ loquit̃. Aſtronomia ꝟo iudiciis ad vitā fortunāq; pertinētib⁹. Hinc aſtrologi et aſtronomi: qui aſtroꝝ ſcientiā profitent̃.

Aſtragalus pe.coꝛ.latine talus ludus: et pedis ſiue iuguli ꝯiunctura: vt eſt apud Homeꝝ lib.x.ody.ꝗ ſcribit Elpenoꝛa lapſu ſcalarū exanimatū eſſe: cū fregiſſet aſtragalō.i.iuguli cōiuncturā: tñ Apollonius in Argonauticis ponit ꝓ ludo qui vulgariter dicit̃ çoni.ſ.in.lib.iij.pagina tertia.

Aſtragaliço as.talis ludo: ⁊ aſtragaliçōtes a Pli.dicūtur talis ludentes.

Aſteria e.et aſterie es.nomē Latonę ſoꝛoꝛis ꝓpꝛium.

Aſterion fluui⁹ Achaię.Sta.lib.iiij.Theb̃.Cū dixit et equus fluctib⁹ aſteriō.Fuit ⁊ nomen vꝛbis.

Aſteriſcū: herba ꝗ et ſiderites dicit̃: naſcens i tegul̃ parietibuſq; / folio ſimilis oçymo.

Aſteriſcus: ſignū ad ſtellę ſil̃itudinē paruę: quo vtimur cū aliquid in ſcribendo omiſſum eſt.

Aſtręus cū diphtō.fuit vnus ex titanibus qui ꝯtra deos arma ſumpſit.Ouid.lib.v.Metam̃.Occidit Enceladus mendeſius occidit aſtręus.Ferunt hunc cū auroꝛa cōcubuiſſe: ac ex ea ventos generaſſe.

Aſtręa cum diphthō.aſtręi ex auroꝛa filia: ſm̃ aliquos Icari: ſm̃ aliquos Iouis et Themidos.Et ponitur ꝓ Iuſticia.Ouid.Ultia cęleſtū terras aſtręa reliqt.Qđ ideo fictū eſt: ꝙ illis tempoꝛibus Aſtręus princeps eſſet: et ꝓpter ęquitatē eius filia iuſticia dicta ſit: vt ſcribit Aratus.Nam cū adhuc terras habitaret Nōdū veſanos rabies nudauerat enſes: Nec cōſanguineis fuerat diſcoꝛdia nota.Sed poſtea creſcentibus vitijs euolauit in cęlum.

Aſthmaticus cū h.anhelus et ſuſpirioſus dicit̃ ασθμαρ anhelitus anxietas.

Aſtipuloꝛ pe.coꝛ.vide in dictione Stipuloꝛ.

Aſto aſtas aſtiti aſtitum et aſtatū: ſignificat pręſens aut firmus ſeu erectus ſto.Plautus in Cap.Ego miſer vix aſto pręformidine.Idem in Ciſ.Adoleſcentes aſta atq; audi: id eſt ſta foꝛtiter atq; expecta.Et i Caſ.Stultus contriui diem / dum adſto aduocatus cuidā cognato meo.Interdū ſignificat ſimpliciter ſto.Uirgilius.Arrectiſq; auribus aſtant.Interdū ſum: cū de rebus loquimur quę cadere nō poſſunt: vt cū dicimus terrā aſtare.

Aſtringo ꝓpꝛie iuxta ſtringo / vnio / cōiungo.Col.lib.iij.Cū oēs ſurculos quos arboꝛ patiet̃ dimiſeris: libꝛo vlmi vel vimine arboꝛē aſtringito.Uirg̃.lib.j.Geoꝛ.Seu durat magis: ⁊ venas aſtringit hiantes.Per tranſlationē aſtringere ponit̃ ꝓ obligare.Et ſic genitiuo iungit̃: ſicut Gell̃.notauit Sabinū ſcpſiſſe.Qui alienū tacēs lucri faciēdi cā ſuſtulit: furti aſtringit̃: ſiue ſcit cui⁹ ſit ſiue nō ſcit.Quādoq; ꝓ ꝓmittere.Quia vincula fidei dicunt̃.Teren.in Eunu.Meam aſtringo fidem.Hinc aſtrictoꝛius a.um.qđ aſtringit.Pli.Folia aſtrictoꝛiā vim habent.

Aſtruo is.iuxta ſtruo / et ędificiū ędifico / iūgo / foꝛtifico.Col̃.lib.j.Nā cū veteri aſtruit̃ recēs ędificiū: ꝗſi ſurgenti reluctās oneri cedit.Amb.Nec putauit oꝛtus ſui fidē matris iniurijs aſtruendā.i.firmandā.Hinc ꝑ tranſlationē aſtruere ꝓ affirmare ſumit̃.Hiero.ꝗuis nōnulli aſtruere velint eā iā reſuſcitatā: et beatā cū Chꝛiſto immoꝛtalitate veſtiri.

Aſtyages: nomen ꝓpꝛiū regis Aſſyrioꝝ.

Aſtyanax: nomē filij Hectoꝛis ex andromacha: ꝗſi tutatoꝛ vꝛbis.Aſty em̃ vꝛbs: anax tutatoꝛ ſiue rex.

Aſtypalea: inſula in mari egeo.Oui.lib.ij.de arte.Cū ctaq; piſcoſis aſtypalea vadis.

Aſtypale es.nomē eſt vꝛbis in eadē inſula.

Aſymphonia latine incōſonantia.ασυμφωνοσ diſ(coꝛs.

Aſymbolus: qui ſymbolū nō dedit: ⁊ ſine collatione acceſſit ad comeſſationē.

Aſyndetō ſiue aſyntethō: dici pōt incōpoſitū: ab ᾱ ſine: συνθετον cōpoſitū.Et eſt figura: cū aliq̃ ſine cōiunctiōibus ꝓferunt̃: vt Ueni / vidi / vici.

Aſyntheta Ply.appellat cryſtalla: ꝗ pura ſūt et ſine vi(tio.

Aſyſtratū: genus quoddā phię: quod latine inſtabile vel incōſtans poſſumus dicere.

# A Ante T

At pꝛincipiū increpatiōi aptū.Et hoc cū aut indignationē aut doloꝛem expꝛimere volumus: vt irę ęſtum: Aut querelas ſignificātius oſtēdere valeam⁹.Uirg.At tibi ꝓ ſcelere.Teren.At tibi dij dignū factis exitium duint.Quandoq; ſuperioꝝ dictoꝝ diſcretiuum eſt: vt apud eundem.At mihi ſcruplus vnus reſtat.Quandoq; reꝝ differentiā denotat: vt Scipio ē bellatoꝛ: at Cato oꝛatoꝛ.Quandoq; ponitur ꝓ ſaltem.Ouid.Crudeles ſomni quid me tenuiſtis inertē? At ſemel ęterna nocte pꝛęmenda fui.Quandoq; copulatiuū eſt: vt in atq;.Quandoq; aduerſatiuū.Uirg̃.At regina graui iamdudū ſaucia cura.Nā dū Enęas quieſceret / regina turbabat̃: quod eſt cōtrarium.Quandoq; eſt interiectio timoꝛis.Teren.in Eunu.Atat mi homo foꝛmidoloſus es.

Atat interiectio eſt paulatim ꝑcępti atq; intellecti mali.Teren.in Eunu.Atat data hercle verba mihi ſūt.Ser.in arte.Atat eſt aliquid de ipꝛouiſo depꝛēdēt̃.

At cōtra ſignificat viciſſim: qđ vulgo dicit̃ ecōuerſo.

Atq; cōiunctio cōnexiua eſt: vt Genus vnde latinū Albaniq; patres atq; alta męnia Romę.Qñq; aduerbiū: et ꝓ ꝙ̃ poni ſolet: vt Per.Qui tu ipunitioꝛ exis atq; hic.Suet.in Cęſa.Uelut grauius atq; ipſe ſenſiſſet.Qñq; ꝓ celeriter et ſtatim.Uir.Atq; illū i pręceps ꝓno rapit alueus amni.Qñq; ꝓ feſtine ⁊ intrepide.Aenni.vt Atq; aſcendit muros troiana iuuentus.Qñq; ꝓ ꝗterq;.Plau.in Am.Neq; ſe luna mutat quoq;: atq; exoꝛta eſt ſemel.

Atalus pe.coꝛ.nomen Pergami regis pecunia ditiſſimi / ⁊ ſplēdida abundātiq; ſupellectili.A quo oīa magnifica atalica dicta ſunt.Pꝛo.Nec ſit in atalico moꝛs mea nixa thoꝛo.Fuit ⁊ Athal⁹ nomē phi.

Atalāta: nomen mulieris: de qua Hiero.cōtra Iouini.Referunt fabulę atalantā calydonia virgine ſemper in venatibus / ſemꝑ in ſiluis: nō tumētes vtero fęminaꝝ / faſtidiaq; cōcęptuū: ſed expeditā et caſtā amaſſe virtutē.Eſt et atalanta fons in poꝛtu cyphantaꝝ dictus: ꝙ vbi venatrix fęmina ſitu et ęſtu languida cōſederit: et petra venabulo eius percuſſa laticē pꝛębuerit: ſicut ſcribit Panſanias.

Atabulus pe.coꝛ.ventus in Apulia.Hoꝛa.Incipit ex illo mōtes Apulia notos Oſtentare mihi: quos toꝛret atabulus.Ideo atabulus apulus dicit̃ / tanꝙ̃ peculiaris.Scribit poꝛphyrio atabulū ventū eſſe i apulia ferueutiſſimū: gręca appellatiōe dictū quaſi απο του ατηβαλλειν: hoc eſt nocumentū peſtilentiāq; inferentē.Nā atabuli flatus nimio caloꝛe Apulię peſtifer eſt et grauis.Eſt em̃ frigidiſſimus: et ſi flauerit circa bꝛumā: exurit frigoꝛe arefaciens: vt nullis poſtea poſſit ſolibus recreari.

Atamino as.pe.coꝛ.vide in dictione Cōtamino.

Atau⁹ pe.coꝛ.dictus eſt ꝙ ata ſit aui.i.pater: vt pueri dicere ſolēt.Uide etiā in Auus.

Atax: fluui⁹ oꝛtū habēs ex pyreneo mōte: et infundit̃ in mare tyrrhenū: quidā tñ ſcribunt athax ꝑ h.

Athacus penul.coꝛrep.genus volucris gradiens ſuꝑ ꝗttuoꝛ pedes: lōgioꝛaq; retro crura habēs.De quo fit mentio apud Leuiticū.

Athanatos penul.coꝛ.latine dicit̃ immoꝛtalis.

Attellanę fabulę latinę ſunt: quę ab attella Oſcoꝝ ciuitate ſumptę fuerūt: in quib⁹ ridiculę perſonę inducebant̃: ⁊ argumentis dictiſq; iocularibus reſpōdebāt ſatyricis fabulis gręcis.Pꝛopꝛie autē attellani cum dicebat̃ exoꝛdiū.Liui⁹ lib.vij.Iuuent⁹ hiſtrionibus fabellaꝝ actu relicto ipſa inter ſe moꝛe antiquo ridi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cula interta verſibus factitare cepit: que exodia poſtea appellata confertaq; fabellis potiſſima attellanis ſunt: quod genus ludorum ab oſcis acceptum tenuit iuuentus.

Attagen penul. corre. generis maſcu. Et attagena ne. et attages attagis: auis aſiatica inter nobiliſſimas habita: maxime vero que in Jonia naſcitur. Et inter eſculentiores aues precipuo ſapore cenſebatur. Plinius libro. x. Attagen maxime Jonius celebraẜ vocalis al's captus, ꝯo obmuteſcens quondā exiſtimatus inẜ raras aues. Hiero. Attagen et ficedula: mulus et ſcarus in delicijs cōputaẜ. Mar. Inẜ ſapores ferẜ alitū primus Jonicaꝝ guſtus attagenarum.

Attellani: oppidū cāpanie: quā nūc auerſā vrbē dicimꝰ ꝓpe neapolim. Cice. Clunio. Locutus ſū de agro vectigali municipij attellani/ qui eſſet in gallia.

Ater. a. um. obſcuꝝ/ nigrū. Virg. Quinquaginta atris imanis hyatibus hydra. Plau. Ita replebo atrirate vt acrior ſit q̄ȝ egyptij. Interdū atrū capiẜ ꝓ funeſto Vñ atri dies dicūẜ vulgo egyptiaci ab obſeruatrice egypto. Et alio noie cōes. Dictū atrū ab atterendo: qm̄ que atterunẜ liuorē contrahunt.

Atratus pe. ꝓ. diciẜ qui lugubri veſte indutus eſt.

Atramentū/ ab atro colore diciẜ: cuius duo ſunt genera. ſ. ſcriptoriū/ quod ⁊ librariū diciẜ: et tectoriū a tectorijs quo in ſcribendo ⁊ pingēdo vtimur. Eſt et ſutoriū atramentū qd̄ in inficiēdis pellibus ſutores coriarij vſurpant. Vulgo hoc a vitri ſilitudine vitriolū noiant. Pli. li. ix. Effuſo atramēto qd̄ ꝓ ſanguine his eſt offuſcata aqua abſcōduntur. Idē lib. xxxiiij. Greci cognationē eris fecerunt noie ⁊ atrāmēto ſutorio.

Atramētariū: vaſculū quo atramētū ꝯtineẜ. Hiero. in Ezech. Atramentariū ſcriptoris ad renes eius.

Atracius: nomen viri: qui primus dicitur artem magicā in thracia inueniſſe.

Atra bilis eſt: quam greci melancholiā vocant. Nā bilis cholera eſt.

Athenodorus penul. produ. philoſophus fuit qui Auguſto documentū dedit/ inquiens: Cum ira ceſar te ceperit nihil prius: neq; dixeris nec feceris: q̄ȝ ipſa q̄tuor et viginti elementa litterarum grecarum tecum ipſe percurreris/ et memoria recenſueris: vt ita concitatio illa que momentoſa eſt mente alio traducta parui temporis interiectu langueſceret.

Atriū: prima pars domus: que continet mediā arcā: in quā collecta ex om̄i tecto pluuia deſcendit. Et in qua priſci (vt ait Cato) aperto oſtio epulabanẜ: vbi etiā pecunias et cetera p̄cioſiora ſeruabāt: ſeruoſq; quibus tāq; honoratioribus eaꝝ rerū cuſtodiā cōmittebant/ atrienſes appellabāt. Victru. libro. vj. In vrbe atria proxima ianuis eſſe debent. Et in euāge. Cū fortis armatus cuſtodit atriū ſuū: in pace ſunt ea q̄ poſſidet. Hiero. Atria nō ſunt quidē domus: ſed tn̄ aliqua habent fundamēta: et de atrijs intramus domū. Dictum atriū ab atriatibus etrurie populis: vt inq̄t Var. lib. j. de lin. lati. q2 id genus edificij atrie primū in etruria ſit inſtitutū. Vel ꝙ a terra oriatur/ q̄ſi aterrium. Vel ꝙ atrum ex fumo eſſet ꝓpter culinā: q2 ex fumo culine nigreſceret. In atrio em̄ tria erant habitacula: veſtibulum/ locus ſportularū: qui ⁊ ipſe ſportula dicebatur: vbi ꝓponebātur eo die que dono dāda erāt: ⁊ culina: q̄ȝq; veſtibulum locus ſit ante edes. Atriū greci αυλην vocant: ꝓpter quod poete quādoq; aulā ꝓ atrio vſurpant.

Atrienſis: is erat cui credebaẜ cura atrij.

Atrici: a iureconſultis dicuntur qui excubāt ad atriū et ad limina etiā: vocanẜ et liminarche.

Atriolū: paruum atrium. Cicero ad Qu. fratrē. Quo in loco te in porticu ſcribere aiunt/ vt atriolum fiat mihi. vt eſt magis placebat: neq; em̄ ſatis loci eſſe videbatur atriolo.

Atriplex: herba eſt ſilueſtris et hortenſis: ab atro colore vt quidā aiunt/ ꝙ hoies pallidos faciat. Macer. Atriplicē tritā cū nitro melle et aceto: Dicunt appoſitā calidam ſedare podagrā.

Atergatis penul. corre. nomen fuit dee. Stra. Trans euphratē eſt bambyce: quā edeſſam ⁊ hierapolim vocant: in qua atergatim ſyriā deam colunt. De hac et Macro. Cornutus atergatim a grecis rheā exiſtimari putat: coli eam abſtinentia piſcium: vnde nomē vt Atheneus auctor eſt/ quaſi ετεργατιδοσ: hoc eſt ſyroꝝ lingua ſine piſcibus.

Atrox: aſper/ crudelis: ꝙ qui atro vultu ſunt: aſperitatē et ſeuitiā pre ſe ferunt. Sunt qui a greco id nomē deriuent: quia illi ατρωκια appellāt que cruda ſunt: ſiue ab eo ꝙ atroces nihil de ſe timeāt. Τρειν em̄ ſignificat timere. Unde ⁊ ꝓ conſtāti quādoq; poniẜ. Hora Preter atrocē animū catonis. Hic atrocia ⁊ atrocitas/ ⁊ atrociter ꝓ aſpere.

Atropos pe. cor. imutabilis. Quo noie dicta eſt vna ex parcis: ab α ſine: τροπη conuerſio: quaſi ad nullius p̄ces conuertaẜ. Nā tres dicuntur ſorores: quaꝝ vna diciẜ Clotho: q̄ colū baiulat. Altera Lacheſis: q̄ filat. Tertia Atropos: q̄ filū frāgit. Mar. Lanificas nulli tres exorare puellas Cōtigit/ obſeruāt quē ſtatuere diē. De his vide diffuſius in dictione Parce.

Atrophia: ſpecies tabis: qua corpus nō alitur/ ſed ſūma macies oritur: et niſi occurratur interimit. Inde Atrophi: qui atrophia laborāt. Pli. lib. xxxvj. Eadē datur his quos atrophos vocāt interpoſitis diebꝰ. Atrophiq; vocātur: qui ab imbecillitate vires vix recolligunt. Vñ Atrophos vocāt nō cōualeſcētes/ ab imbecillitate vires vix recolligentes.

Atrax: fluuiꝰ etolie: a quo atraces populi: eſt et hoc nomine: vt teſtis eſt Stra. vrbs in Teſſalia.

Attero is. pe. cor. vide in dictione Tero.

Attenuo as. ex ad ⁊ tenuo: qd̄ a tenuis fit: et ſignificat ſubtilē facio/ minuo. Ci. lib. iij. ad Herē. Defenſoris narratio ſimplicē expoſitionē debet habere cū attenuatiōe defenſiōis. Hiero. li. ii. Re. Quare ſic attenuarꝭ macie? Et cū ad aīm referẜ/ defectū ſignificat.

Attēdo is. aduerto/ cogito/ ꝯſidero: ⁊ q̄ſi animū intendo. Hiero. ad Helio. Attendis Petrū: ſed et Judā cōſidera. Aliqñ addimus animū: ⁊ ꝓ intendo ſumiẜ. Cice. lib. iij. offi. Et ſi cū animū attēderis/ turpitudinē videas adiunctā: hoc eſt animū intēderis. Hinc attētos dicimus auditores: qui ad ea q̄ dicunẜ intendunt animū. Attente aduerbiū. i. animo intento.

Attēto as. frequētatiuū: idē qd̄ tento. Petroniꝰ. Dulcibus ac blādis verbis eius animū attentās.

Attinere: ꝑtinere/ decere/ ꝯuenire. Teren. in Adel. Jame ne vis dicere quod ad te attinet. Aliqñ ſignificat iuxta ſiue in manibus tenere. Plau. in Cap. Nā ſenex eſt in tōſtrina: nunc iā cultros attinet.

Attingo is. attigi attactū: leniter tāgo. Minus eſt em̄ q̄ȝ tāgo: vt inq̄t Do. i. Terē. Adel. Tetigin tui aliq̄d? ſi attigiſſes/ ferres infortuniū. Aliqñ attingere ponitur ꝓ diſcere/ legere/ ſcribere/ ⁊ hmōi. Lac. li. iij. Greci q̄ ſacras veritatꝭ litteras nō attigerāt. i. didicerāt. Hiero. Qd̄ vtiq; genus docēdi nōdū attigerā. i. aggreſſus fuerā ſiue expertꝰ. Virg. li. ij. Geor. Sin has ne poſſim nature attingere ꝑtes. i. ſcire. Aliqñ ꝓ pigredi. Col. lib. j. Necdū ſenectutē attigerit.

Attigo ſine n. idē qd̄ attingo. Nā ſicut tāgo: ita et tago dicimus. Plau. i Muſ. Abſcedite tel' ne attigāt.

Attilus penul. ꝓ. piſcis ſatis grādis: qui in Pado inertia pingueſcens: ad mille aliqñ libras captus eſt catenato hamo: nec niſi boum iugis extractus.

Attyllas: ex ſcythaꝝ genere fuit: qui ſubacta Pānonia Italiā ingreſſus/ Aquileiā ſubuertit: ⁊ in Germani/

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

am tranſiens plurimas vaſtitates edidit. Qui domũ reuerſus: dũ nouis nuptijs operã dat: vino plen⁹/ efſuſo e narib⁹ multo ſanguine ſuffocatus eſt. Nicomachus aũt Iſtieus hiſtoriaꝝ ſcriptoꝛ eũ deſcribẽs ait. οφθαλμοι δεαυτου οι μαιηροι αλλα πετχηκοτεσ και μικροσ και θωραξω δεε αυτου αμφιβλεπωρ δε καί τα πολλα τερι αυτου.

Ategię dicunt̃ tabernacula vel vmbꝛacula/ vel magalia qualia Mauri colũt. Ruffi. in libꝛo Joſephi hoc vocabulũ vſurpat libꝛo. vij. de bello iudaico. Cũ ad feſtum diẽ veniſſet quo attegias in honoꝛẽ dei cõponi ab hominibus mos eſt.

Athenę arũ. ciuitas gręcię inter Achaiã et Macedoniã: quę regio attica dicit̃/ ab Atthis cranai filia athenarum regis/ qui Cecropi in regno ſucceſſit. Hic Cecrops pꝛimus Athenas condidit. Unde et cecropia dicta eſt. Poſtea a Mopſo mopſopia: et a Jone Xuti filio Jonia: et a Minerua Athene. Gręci eñ Mineruã athenã dicunt απο τεσ αθηνησ. Tres aũt (vt quidã aſtruunt) fuere athenę: ab vnis athenei: ab alteris athenienſes: ab alijs athenopolitę dicti ſunt.

Atheneũ: locus erat Mineruę dicatus: vbi pꝛofeſſores ſua ſtudia ꝓfitebant̃. Jul. Capitolinus. Poſtea ꝟo vbi adoleuit in atheneo cõtrouerſijs declamauit audientibus etiã imperatoꝛib⁹ ſuis. Lamp. Ad atheneum audiendoꝝ et grecoꝛum et latinoꝝ rhetoꝝ vel poetarum cauſa frequenter pꝛoceſſit.

Atheos: qui negat deum eſſe.

Atheſis penul. coꝛre. fluuius qui ex tridẽtinis alpibus Tridentũ alluit/ et Ueronam diuidit. Deinde per latas Padi paludes gradiens: nõ longe a bꝛondulo in adriaticũ mare influit.

Atheſinus pe. ꝓ. fluuius efflueñs e lacu qui i apẽnino eſt ſupꝛa carnos incumbente: ⁊ labit̃ in Iſtrum.

Athleta penult. ꝓduc. pugil et luctatoꝛ dicit̃. αθλέω eñ certo ſignificat. Scribit iureconſultus athletas cũ virtutis gratia athleticã exerceãt/ nõ eſſe ignominioſos. Tria autẽ fuerunt apud antiq̃s athletica certamina: videlicet curſoꝝ/ pugilum et luctatoꝝ. Juli⁹ autẽ pollux lib. v. cuius oꝛdinem imitatus eſt Perotus. των δε αγωνων οι μεν γυμναστικοί οι δε καλουμενοι σκηνικοί ονομασθει ενδιονυσιακοι τε καί μουσικοί οι δε αττικοί ουρα διωσ λεγουσιν αγωνασ μουσικουσ αλλα μουσικησ καί αθλητικον παλαιονην.

Athos: mõs inter Macedoniã ⁊ Thraciã altitudinis mirandę: habeus i cacumine oppidũ Acrocon. Virgil. Quantus athos/ aut quantus Eryx.

Atos ſine h. latine inſatiabilis dicitur.

Atlas antis. ſine h. Mauritanię rex fuit: qui humeris cęlum ſuſtinuiſſe dicitur: ꝙ pꝛimus curſũ ſolis ⁊ lunę ſiderumq; omniũ verſationũ rationes vigoꝛe animi ſolertiaq; curaſſet tradẽda oĩb⁹. Uir. Perſonat aurata docuit q̃ maximus athlas. Hic fuit Pꝛomethei frater: qui cũ monit⁹ eſſet oꝛaculo vt caueret a Jouis filio/ nullũ hoſpitio ſuſcipiebat. Quare Perſeus Jouis filius indigne ferẽs: oſtẽdit ei caput Goꝛgonis: ⁊ ſtatim Athlas in mõtẽ ↄuerſus eſt. Qui mõs mauritanię teres ⁊ excelſus ẽ: ita vt ei⁹ cacumẽ cerni neq̃at. Fere e medio mõte nubes incipiunt: hyeme ⁊ ęſtate niuẽ habet. Colũnã cęli indigenę appellãt. Ab eo populi incolentes athlãtes dicunt̃: q̃ ſoli ſunt anonymi: hoc eſt ſine noĩbus. Nã in vniuerſũ athlantes nominant̃: ſingulis nullum nomen pꝛopꝛiũ imponit̃. Solem oꝛientẽ occidenteq; dira impꝛecatione contuent̃ vt exitialẽ ipſis agriſq;. Neq; iſomnia viſunt q̃lia reliqui moꝛtales. Pli. Solinus Herodot⁹ auctoꝛes. Ex athlante ingẽtia flumina oꝛiunt̃/ inter quę Nilus. Aug⁹ lib. xviij. de ciui. dei ſic habet. Frater Pꝛomethei athlas magn⁹ fuiſſe aſtrolog⁹ dicit̃: vñ occaſionẽ fabula inuenit/ vt eũ cęlũ poꝛtare confingeret̃: cuius mons eius noĩe nuncupet̃: cui⁹ altitudinẽ potius cęli poꝛtatio in opinionẽ vulgi veniſſe videat̃. Plini⁹ ſcribit Athlanta pꝛimũ inueniſſe ſphęrã: gręci aiũt aſtrologiã ab Athlante inuentã fuiſſe. Euſe. in pꝛęparatione dicit Enoch ⁊ Athlantẽ eſſe eundẽ. De q̃ Diod. lib. iiij. Ferunt Athlantẽ aſtrologię fuiſſe peritiſſimũ: deq; ſphęra pꝛimũ inter homĩes diſputaſſe: qua ex re viſus eſt cęlũ ſuis humeris ſuſtinere: locũ pꝛębẽte fabulis ſphęrę inuẽtione. Scribunt tñ quidã duos eſſe mõtes in Mauritania athlãtes dictos. Alteꝝ colũnis Herculis viciniorẽ: alterũ interioꝛem Libyę. Remotioꝛ ab Athlante rege in eũ conuerſus dict⁹ ẽ quẽ cęli columnã nominãt. Tres autẽ athlãtes fuiſſe memorant̃. Unus rex Italię/ ⁊ pater Electrę vxoꝛis Coriti. Alter rex Arcadię/ ⁊ pater maię: ex qua natus eſt Mercurius. Tertius Maur⁹/ q̃ dictus eſt maxim⁹. Sumitur nonnunq; a poetis Athlas ꝓ hoĩs ſimulachꝛo ſuſtinẽte columnas ędiũ aut ipſũ ędificiũ ad ſilitudinẽ Athlantis cęlũ humero toꝛquẽtis: qui etiã latino vocabulo thelamones. Et hi athlantes plęrũq; gibboſi dicunt̃. Et vt inquit Serui. fiũt vt gibboſos imitent̃/ dũ onera ſuſtinẽt: qui interdũ cõpares ſunt/ interdũ auerſi/ interdũ ſemuicẽ ſpectãt. Mar. Non aliter ridetur Athlas cũ compare gibbo. Sunt qui dicant hoc nomine vocari fluuiũ ab Athlante rege Arcadię dictum: ex Eno mõte in Iſtrũ defluentẽ. Ab Athlas fit athlãticus ca. cum. ⁊ athlãtides patronymicum. Et licentia poetica athlantiades.

Athlãticę inſulę quas beatas vocãt duę quidẽ: hę ſunt paruo inter ſe diuiſę mari decẽ milibus ſtadioꝛum a Lybia diſtanti. Imbꝛes illic rari medíocreſq;: venti autem plurimũ ſuaues ac roꝛiferi. Solũ ꝟo pingue: nec arari modo plantari ve facile: Sed etiã ex ſe abſq; vllo humano ſtudio fructum pꝛoducit dulcem quidem: et ocioſam multitudinẽ nutrire ſufficientẽ. Aer ſincerus ac temperatus/ et mediocri mutatione per tempoꝛa contentus. Nã qui a terra perflãt venti: boreaſq; et aquilo ꝓpter longinquitatẽ vaſta et inania incidentes ſpacia fatigantur: et deficiunt pꝛiuſq; ad eas inſulas peruenerint. Qui ꝟo a mari perflant argetę et çephyri refrigerantes raros quidã ⁊ temperatos imbꝛes ex pelago afferunt. Plurima nõ ꝑ humiditatẽ aeris cũ ſũma facilitate nutriunt: vt etiã apud barbaros increbuerit fides ibi elyſios cãpos eſſe/ et beatoꝝ domicilia ab Hoꝛa. decãtata.

Athlantides vergilię dictę ſunt. Athlas eñ ex pleione oceani filia: vt ait Higynius: vt alij Deucalionis habuit. xv. filias: q̃ vno vocabulo athlãtides dicuntur. Uex q̃nq; ex his hyades noĩatę a fratre q̃ fuit hyas: q̃ a ſoꝛoꝛib⁹ plurimũ dilect⁹ eſt: reliq̃ pleiades a mr̃e dictę Vergilię dicunt̃: qꝛ cũ vere exoꝛiunt̃. Alexãder ait hyadas dictas: qꝛ fuerunt filię hyſes ex boetia. Et ſunt. vij. Una ꝟo qꝛ Siſipho nupſit nõ videt̃. Cice. ait hyadas a pluẽdo dictas. Noſtri ſuculas a ſuib⁹: qm̃ ſues luto gaudẽt. Indicãt eñ pluuias.

Atoti⁹ gen⁹ aranei lanuginoſi: de q̃ i dictiõe Araneus.

Atomus penul. coꝛre. indiuiduus: qui diuidi nõ poteſt. Nã vt Hiero. ait: Punctus tempoꝛis eſt quod ſecari et diuidi non poteſt. Unde Epicurus ſuis atomis mundũ ſtruit: ⁊ vniuerſa cõfoꝛmat. Sunt etiã atomi in coꝛpoꝛe: vt lapis cum diuidit̃ vſq; ad minutiã: quę diuidi ⁊ ſecari nõ poſſit. Silr̃ in numeris. Unus dicit̃ atomus/ qui diuidi nõ poteſt. το μη eñ inciſio. α. ſine: quaſi ſine inciſione et diuiſione.

Atthis idis. cranei filia: a qua regio attica: vt quidam exiſtimãt/ dicta eſt: cum pꝛius actica ab acteone diceretur: ſiue ab Acteo rege: vt Fauoꝛino et Licophꝛoni placet. Siue ab ακτη quod littus ſignificat: cũ ea regio (ſicut ſcribit Stra.) magna ex parte littoꝛalis

fit: Qua voce etiã vtunꝛ latini. Virgil'. At procul in ſola ſecrete troades acta. In hac ſunt Athenę et marathon campus cũ oppido eiuſdẽ nois. Atthis quoqꝫ a poetis quandoqꝫ luſcinia vocatur/ quaſi attica. Mar. Sic vbi multiſona feruet ſacer atthide lucꝰ. In attica regione fuerunt Athenę ciuitas phoꝝ alũna: In qua primus oĩm Cecrops regnauit.

Atticus a. um. quod ex Athenis eſt: vel quod ad Athenas pertinet: vt regio attica.

Atticiſſo as. attice loq̄r. Plau. Non atticiſſat/ ſed ſiciliſſat.

Atys/ huiꝰ athys: nomen cuiuſdam phrygij: et filij Creſi lydoꝝ regis: et nomen fluuij. Claud. Lucꝰ erat prope flumen atym. Nunc tamen acym appellat Euſta. a celeritate/ quaſi ſagittã.

Athrijs/ huiꝰ athryis: fluuiꝰ eſt thracię/ in Iſtrũ fluens.

Atiſcoti: populi britannici.

Attollo lis. eleuo/ erigo. Lactan. libro. vj. Sed eũ potius qui ad alienã fęlicitatẽ nõ attollat oculos/ opes nõ admireꝛ. Liuiꝰ. Cũqꝫ ſe quiſqꝫ attollere ac leuare vellet. Aliq̃n poniꝛ pro aufero. Pac. Cuſtodite iſtũ vos ne eum quis attollat/ neue quis attingat. Aliq̃n pro affero. Plau. in caſi. Quid ſi ꝓpius attollamꝰ ſigna/ ſiamnſqꝫ obuiã? Hoc verbũ facit ꝑteritũ attuli. Diome. Affero attuli: quoniã et fero tuli dicimus: ꝗꝗ et id perfectũ quod attuli/ ex alio verbo ꝓficiſci reperimus apud veteres/ ex eo quod eſt attollo.

Attonitus/ ſtupefactus: ⁊ ꝓprie is diciꝛ cui caſus vicini fulminis ⁊ ſonitus tonitruum dat ſtuporẽ.

Attrecto tas. ex ad ⁊ tracto: ſignificat manibus tracto/ palpo.

Attribuo is. impono/ cõmitto/ aſſigno. Liui. Ceteroꝝ curã tuendoꝝ. C. Flãminio quęſtori attribuit. Ceſar lib. vlt?. Noſtri ſicut ſuꝑiorībꝰ diebꝰ vt cuiqꝫ erat locus attributus/ ad munitionẽ accedunt.

Attropatia regio et pars medię: ab attropato duce nominata: qui obſtitit ne ea macedonibus ſubiugareꝛ. Is poſtea rex declaratus: regionẽ hanc media ſequeſtrauit: cuiꝰ ſucceſſores regnũ continuantes: cum armenioꝝ regibus affinitatẽ contraxere.

# A Ante V

Au interiectio eſt conturbatę mentis.

Auarus: qui auidus ęris eſt: et nimium pecunię cupidus: ⁊ ſemper in repreñſione eſt. Auidus ab auendo eſt/ etiã honeſte cupiendo. Sal'. Laudis cupidi pecunię liberales erant. Ab Auarus fit auaricia: cupiditas. Auare tenaciter. Auara terra diciꝛ: cũ id q̇d in ſe recępit ampliore fęnore nõ reddit.

Auceps. qui vel quę aues capit. Aucupium ⁊ aucupatio: ipſa auium captio.

Aucupor pe. cor. depo. aues capio. Apud veteres etiã aucupo reperiꝛ. Plau. in Tru. Lepide ecaſtor aucupaui. Per tranſlationẽ vo ſignificat artificio quodã et ſolertia quęro: vt Aucupor laudẽ.

Aucupatoriꝰ a. um. q̇d ad aucupiũ ꝑtinet. Vñ aucupatorij calami viſcati/ quibꝰ vtimur ad capiẽdas aues.

Auctio nomen ab augeo: ſignificat augmentũ. Unde etiã poniꝛ ꝓ venditione/ quę fit per augmentum precij: cum ſit publica rerum priuataꝝ venditio/ ꝙ ementem augeat ⁊ vendentẽ: cũ res tradiꝛ plus offerenti. Iuue. Si coniugis auctio fiat. Plau. in Sti. de auctione paraſitica loquens. Nunc auctionẽ inquit facere decretũ eſt mihi. Auctio vo haſtę ſignificaꝛ venditio publica bonoꝝ eoꝝ/ qui damnati proſcriptiue fuerunt. Nã haſtę ſubijciebant ea quę publice venũdabant: ſicut in bello capta: qꝛ vt ſcribit Feſt. Signũ pręcipuũ eſt haſta. Inde haſtã Ceſaris refrixiſſe ſcribit Cicero/ qui alibi ait. Bis iã vidimus haſtã in foro ponere: et bona ciuium voci ſubiacere pręconis. Sueto. in Ceſa. Ampliſſima prędia ex auctionibus haſtę minimo addixit. Inde a Tertuliano in apologetico. In haſtario vectigales ſumus.

Auctionor: per auctionem vendo.

Auctionarius: qui ſic vendit.

Aucto as. frequẽtatiuũ eſt verbi augeo. Plau. in Am. Et vt res veſtras rationeſqꝫ veſtroꝝ omniũ bene expedire vultis peregre: et domi bono atqꝫ amplo auctare perpetuo lucro. Huius compoſitum eſt adaucto. Accius. Quibus rẽ ſuã et patriã noſtrã quondã adauctauit pater.

Auctuariũ: quod ſuꝑ menſurã adijciꝛ aut pondꝰ iuſtũ: vt cumulus adiectus in modio. Plau. Auctuarium adijcito vel mille nummũ plus ꝗꝫ poteſt.

